10 Quoniam iste tex. excommunicat sepelientes in cœmeterijs tempore interdicti in casibus a iure ad permisis, uel excommunicatos publice, uel nominatim interdictos, uel usurarios manifestos, dubitatur, an istam pœnã incurrant hi duntaxat, qui aliorum cadauera humo seu tumulo conuolunt, cum isti dicantur proprie sepelire. An uero etiam portantes ad sepulchrum, qui tamen non sepelunt. Item comitantes funus. Item fodientes, fabricantes, uel aperientes sepulchrum. Item prælati, clerici, uel ministri ecclesiarum, in quarum cœmeterijs sepeluntur, qui id non phibent, uel patiuntur. Item quid de his clericis, uel laicis, qui portant cruces, cæcos, & similia? glo. hic in uerbo, sepelire, multum dubitat, & non immerito: uidetur tamen in fine uelle, q̄ absurdum esset dicere primos duntaxat ligari, cum possit esse hæc constitutio ludibrio, cum talis traditio nudæ sepulturæ possit fieri per uilem hominẽ, qui non curaret de excommunicatione: non tamen aperit, an oēs prædicti ligentur, cum periculosum sit ex unius hominis sepultura tot homines ligari. sed dicit, q̄ ista magis indigent principis declaratione, quam glossantis opinione. Ego puto, q̄ clerici facientes officium sepulturæ satis ligentur. Nam tales dicuntur tradere sepulturæ in materia nostra etiam quæ ad pœnam incurrendam, ut probari uidetur in c. quia in omnibus, inf. de usu. ubi dicitur, quod qui tradiderit manifestum usurarium ecclesiasticæ sepulturæ ab officij sui maneat executione suspensus. certum est enim, q̄ illa pœna suspensionis ab officio est proportionalis ipsius clericis. tantum & non illis laicis uilibus qui solent corpus tumulare. Et puto, quod omnes auctorizantes, & cooperantes ad sepulchram incidant in pœnam

11 An sepelientes unum hominem, in quo concurrunt omnes istæ qualitates, de quibus in tex. ut quia est publicè excommunicatus, nominatim interdictus, & manifestus usurarius, & tempore interdicti incurrat unam: excommunicationem tantum, an quadruplicem cum quilibet istarum qualitatum concurrentis in uno sufficiat ad pœnam incurrendam, uide hic glo. in uerbo, Subiacere, quæ remittit ad notata in quæstione Gualterij, & hodie est super regula, delictum, de re. iur. lib. vj. in nouella, & uide tu in simili quæstione glo. in c. uirginibus, 27. q. 1. & per Bal. in l. ij. ff. de priua. deli. & in l. tenatus, de accusa.

12 An sepelientes publicè excommunicatos, uel nominatim interdictos, uel manifestos usurarios, seu quocunque tempore interdicti teneantur satisfacere illis, quibus usuræ erant restituendæ, seu illis, ad quorum instantiam fuerunt excommunicati, uel latum erat interdictum & c. uide gl. hic in uerbo, Eis quibus, quæ in principio sentit q̄ sic. & no. glo. quæ satis placet. c. quia in omnibus, in fine de usu. & c. quancq̄, eo. titu. lib. vi. in §. cæterum, uer. ipse tamen. Item tenentur ipsi sepelientes ad satisfaciendum his clericis, quibus uolentiam inuulerant in actu sepulture, ut in eadem gl. subijcitur, hæc probantur. per tex. istum generaliter disponentem super satisfactione iniuriæ.

13 An manifesti usurarij, uel excommunicati, seu interdicti sepulti in cœmeterio debeant exhumari, glo. præal. in uerbo, eis quibus, propè medium q̄ sic, si eorū ossa possunt ab alijs discerni: quod no. cõtra usurarios, & pondera bene finem huius cle. tollit enim priuilegia exemptionis omnia circa concernentia materiam hic contentam. Quid autem de sepultis tempore interdicti, qui tamen non erant interdicti? glo. præalle. uidetur dubitare cõcludit tamen, q̄ saltem post relaxatum interdictum non debet exhumari, similis glo. est in c. si ciuitas, de sen. excom. lib. vi.

14 An pœnitens, qui sepultus non fuit in cœmeterio propter interdictum loci, debeat relaxato interdicto in cœmeterio sepeliri, glo. 5. præal. scilicet in uerbo, eis quibus, concludit q̄ sic: quia cessat causa & c. Et an licite ab eo mortuaria recipiantur, concludit etiam q̄ sic. de quo dicit, ut plenius habetur in glof.

15 Etiam priuilegiati cõtra decre. primam de priu. lib. vj. subijciuntur loci ordinario quoad quattuor casus hic contentos, uide glo. in uer. Priuilegio; optimè probat rex. in uerbo, nullo & c. Quod etiam uerba generalia & derogatoria sufficiunt ad derogationem priuilegiorum, * uide de text. hic iuncta glo. quam not. & uide alium rex. in cle. prox. in uer. nos etenim, ubi bonus tex. posset tñ priuilegiũ hère talia uerba derogatoria, ut opus foret in derogatione facere maiorem expressionẽ de quo uide qd̄ scripsi i c. c. instantia, de cens. & per Fe. in opere consiliorum suorum.

16 Vdum.] Quod non expedit priuilegiatis exemptis fieri concilia generalia, quia sæpe per illa derogatur eorum priuilegijs, uide hic glo. in uerbo, Instante, quæ etiam colligit multas

* Derogationem priuilegiorum. Dicit Bar. in l. i. §. legatis inf. ff. de iudi. quod per hanc clausulam, non obstante aliquo priuilegio, intelligitur de priuilegio in corpore iuris non clauso quod tollit priuilegiũ speciale nou iuris cõmunis, & Paul. de Cast. in l. i. ff. de legi.

17 Cathedra est nomen Græcum, & de significato ipsius, ac et de folio, & tribunali, & sede, uide hic glof. in uerbo, Cathedram.

18 Alueus dicitur uenter fluuiorum, & ponitur hic pro curia Romana. Item dicitur uas factum ad modum aluei fluuij, uide hic tex. iuncta gl. in uerbo, Alueum.

19 Torrens dicitur fluuius, uel aqua ueniens cum impetu & c. uide gl. in uer. Torrens; uide tu tex. in l. j. in principio. ff. de flumi. pu. ubi dicitur, q̄ fluminum quædam sunt pœnitentiæ, quædã torrentia. perenne est, quod semper fluit: torrens, quod hyeme, non semper. Et subijcit ibi tex. q̄ si flumen perenne aliqua æstate exaruit, non ideo minus perenne est. Et ita per contrarium dicendũ est in torrente, ut ibi dicit gl. & hæc ultima no.

20 Habens ad multa intendere, ad id, quod grauius est, debet manum apponere, uide hic tex. iuncta glo. in uer. Instantius.

21 Vepres dicuntur spinæ, quæ lacerant carnes & uestes uide hic gl. in uerbo, Vepribus.

22 An fractus dicuntur uix plenæ diuerticulis, circumfractibus, & ruinis; sic dicitur, quia undique frangunt, uide hic gl. in uerbo, an fractibus.

23 Antistites solent dici episcopi, quasi ante alios stantes, uide hic gl. in uerbo, antistites.

24 Abstine te a lite, & minus peccata Ecclesiastici. hic & uide hic glo. in uerbo, actibus, & pulchrum tex. hic contra dissensiones, & scandala in uer. scimus & n. contra quærentes uindictam, & linguam dolosam, uide plenè & pulche in d. c. 28. Ecclesiastici.

25 De zizania uide glo. hic in uerbo zizaniæ. est. n. herba peruersa, scilicet folium; & quandoque ponitur pro sorte omnium segetum.

26 Periculum * dicitur a pereo, peris, uide glo. in uerbo, periculis.

27 Prælati appellantur habentes iurisdictionem, siue de iure cõmunis, siue ex cõsuetudine, uide hic gl. in uerbo, prælati, iuncto tex. & gl. in uerbo, superior.

28 Appellatione prælatorum non comprehenduntur rectores ecclesiarum, siue curati, uide hic tex. iuncta glof. in uerbo, prælati, quod est uerum strictè: secus largo sumpto uocabulo, uide tex. in ca. tua de elec.

29 Vicarius exercens uices sui superioris, debet gaudere prærogatiua ipsius superioris, uide hic tex. iuncta glo. in uerbo, prælati, in fine, quam not. sed uide hic per docto.

30 Studium generale constitutum ex priuilegio, uel cõsuetudine tanti temporis, de cuius initio non est memoria, uide hic glof. notata in uerbo, generalibus, & teneant menti.

31 De iure cõi fratribus non cõpetit facultas prædicandi, sed solũ prælati, & curati, istis aut fratribus dat hic ista ptas ex spali priuilegio & in certis locis ideo qlibet locus est eis interdictus, qui non reperit eis permiffus uide hic bonã glo. in uerbo, ecclesijs, in fine.

32 Vicarij. De multiplici in fine. gnerie uicariorum uide

17 Les dati ab ep̄o in casu licito possunt dare licentiam fratribus prædicandi in ecclesijs, in quibus sunt uicarij, uide hic glo. in uerbo, sacerdotibus.

18 Ex qua etiã no. quod cura spectat ad uicarios. Item quod in pertinentibus ad curam id possunt isti uicarij, quod ipsi principales rectores.

19 Quamquam fratres isti mendicantes non habeant loca certa, in diæcesi, possunt tamen ad illam deputare certos fratres pro audiendis ibidem confessionibus, seruando tamen quod hic dicitur in tex. uide hic tex. iuncta gl. in uerbo non habentur.

20 No. ex. tex. in §. statumimus, iuncta glo. in uerbo, custodes, quod priores conuentuales prædicatorum, & guardiani minorum non possunt etiam optionem facere apud prælatos pro fratribus eligendis, ut licet eis confessiones audire & c. sed hoc pertinet ad prælatos eorum maiores, de quibus in præalleg. §. statumimus. & no. illũ text. pro diuersitate nominatim prælatorum inter prædicatores, & minores.

21 Item aduerte, quod licet uicarij priorum prouincialium, & custodes possint se conferre ad præsentiam prælatorum pro obtinenda licentia pro fratribus eligendis non tamen possunt ipsi fratres ipsos eligere: sed electio pertinet ad magistrum, seu generalem prouincialem, & ministros, & intelligo, quod quilibet illorum possit in ordine suo; ad hoc gl. in uerbo, ministri, iuncto tex.

22 Prius debet sacerdos audire confessionem, secundo imponere pœnitentiam, tertio absolutionem facere, nec debet istum ordinem perturbare, ut sic absolutionem præcedat cordis cõtritio, oris confessio, & operis satisfactio saltem affectu; uide hic tex. iuncta gl. in uerbo, audire.

23 Ex cuius sine nota, q̄ ante peractam pœnitentiam, in iunctam tamen, fieri potest absolutio. Et per cõsequens infertur, quod instante causa potest sacerdos ante peractam pœnitentiam sibi iniunctam celebrare, debet tamen propositum habere peragendi post celebrationem; quod uidetur tenere Innoc. in c. omnis, de pœni. & remis. & per gl. in c. de his. l. dist.

24 Quid autem, si sacerdos non seruat ordinem i principio positum, ut puta quia absoluit ante iniunctam pœnitentiam? uide hic per do. & tenent plerique, q̄ iste ordo non sit de substantia.

25 Nota ex §. statumimus, in uer. ac deinde iuncta glo. in uer. probatas, sex qualitates requiruntur in fratribus deputatis ad confessiones audiendas. debent enim esse sufficiens idonei, uix probatæ, discreti modeste atque peritæ. Et si tales non sũt, possunt p̄ platos non ad mitti, & alij debent subrogari: sed si sine cã prælati nolent admittere, succedit Papæ licentia, ut hic in tex. in uer. quod si forte, & clarius per glo. in uer. Quenquam, & in uerbo, subrogari, & no. quod non requiritur in hoc per prælatum causæ cognitio, ut hic in gloss. in uerbo, nollent.

26 Quid autem, si prælatus petita licentia, expresse ipsam non dat, nec denegat, sed negligit, uel maliciose differt? uide hic bonam glo. in uerbo, recusauerit, quæ concludit, quod trinam monitionem, uel requisitionem habebit

de per do. Fel. in c. potestati. colum. j. de reſcri ubi pulchre per eum numerantur diuersi uicarij.

Nota quis sit seruandus ordo in confessionibus.

Sex qualitates requiruntur in fratribus deputatis ad confessiones audiendas.

- * *Privilegium istud. An autem habens da- re licentiam, uideat- ur. eam dare geren- do actum cum illo, cui erat danda licen- tia ante illum actum uide per do. Fel. in c. cum nuncius, in fi. de testi. ubi pulchre per- cum.*
- 27 *bebit locum priuilegium istud* eis concessum, in uer. si uero.*
- 28 *¶ Et nota singulariter hanc glo. ad multa similia & maxime ad pro- bandum, quod quando inferior ha- bet conuincere superiorem de ne- gligentia, non sufficit unica requisi- tio, sed requiritur tertia, allegat. c. j. de sup. ne. praela. quod bene fa- cit, & nota pro intellectu & exten- sione illius. c. secus dic, quado pars requirit partem, & fortius, si supe- rior minorem, uide bonam gl. quæ sic debet intelligi, in cle. j. de hære. in uerbo, requisierunt iuncta gl. & tex. in c. si episcopus. r. 8. di*
- 29 *¶ Vbi quæ requiritur personarum præsentatio, de- bet fieri corporaliter, & non per literas, seu procurato- rem: quia præfens dicitur, qd præbetur sensibus corpo- ris; & ideo isti fratres electi pro confessionibus audien- dis debent corporaliter præsentari prælati locorum, de quo uide hic tex. iuncta gl. notabili in uerbo præsen- tari, & tene eam menti.*
- 30 *¶ Ex quo infero, quod ecclesiæ patronus debet insti- tuendum corporaliter præsentare per procuratoré suū, uel per literas, ut est tex. notabilis in c. ea nescitur, de his, quæ fi. a. præ. & in cle. j. de excef. præla. in uer. & iudi- cibus. & ubi etiam clare hoc ultimum probatur: quia præ- sentari, est institutionem petere in c. uno, de iure patro- natus, l. 6. & c. ul. e. ti. in antiquis.*
- 31 *¶ Quod licet prædicare, & confessiones audire sint de cura animarum, non propter hoc dicitur isti fratres cu- rati, seu habere animarum curam, ratio, quia ipsi non sunt astricti ad executionem, uel exercitium istorum a- ctuum, nec fideles sunt astricti, ut in his ad eos recurrat hoc singulariter uoluit hic gl. in uerbo, impendant. Ex qua no. plura.*
- 32 *¶ Primum quod etiam p exercitium aliquorum actuū pertinentium ad curam dicitur quis habere curam ani- marum, dummodo iste talis ex necessitate habeat illos actus exercere, & alij de necessitate habeant ad eum recurrere. alias secus. facit ad illam quæstionem, an eccle- sia habens solum fontem ad baptizandum, dicatur habe- re curam animarum, de quo uide, qd no. in clem. unica, de baptri.*
- 33 *¶ Secundò no. quod isti fratres non tenentur prædica- re, nec confessiones audire, si nolunt. Idem puto ad ter- tium hic eis concessum. s. quo ad sepulturam, ut nō tenean- tur admittre aliquem ad sepulturam, cum text. hic eos non astringat, sed det facultatem, ut probatur hic in uer. huiusmodi, & in uerbo, ualeant, & no. quicquid po- testati committitur, iuris necessitati subijcitur. l. nō quic- quid. ff. de iudi. & c. consuluit. ff. de of. deleg. & l. sepe. ff. de offi. præsi.*
- 34 *¶ Si aliquis ex fratribus non electus ad hoc officium confessiones audiendi se ingerit bona fide talis confes- sus absolutus est quo ad Deum. Et idem in eo, qui fuit confessus electo ad certam ciuitatem, uel diocesi, ex- tra quam consistit tempore confessionis, uide hic bonam gl. in uerbo, audire, & tene menti.*
- 35 *¶ Item puto, qd isti sic electi ad certam ciuitatem, & diocesi. non ualent etiam illic consistentes absoluere ho- mines curati illorum locorum, cum isti fratres non reci- piant maiorem potestatem, quam habeant curati, ut p-*

- batur hic in uer. prohibemus per hōe, quia isti petunt li- centiam à prælati locorum, qui non habent in tales pe- regrinos regularitèr potestatem, etiam respectu pecca- torum commissorum in ipsorum diocesi, ut est glo. sin- gularis. r. 6. q. 1. placuit, hæc tamè sanè intelligas, s. m. qd no. glo. singularis in cle. j. de priui. & per Inno. & alios in c. omnis, de peni. & remis.
- 36 *¶ Quia numerus istorum fratrum uolentium audire confessiones debet taxari s. m. quantitatem cleri, & po- puli illius loci, ut hic in uer. numerus, ex quo glo. hic in uerbo, exigit, notanter colligit numerum præfidentium debere secundum subiectorum quantitatem ubi depu- tari contingit, quid si ep̄s loci contendit cum fratri- bus super numero, quia episcopus dicit sufficere mino- rem numerum? gl. hic præla. in uerbo, exigit concludit episcopus debere recipere numerum, de quo sibi uide- tur, de reliquis dicit recurrendum ad arbitrium boni vi- ri, id est iudicis, ar. in l. continuus. ff. de uerbo obl. sed gl. non declarat quis erit iste iudex. ego puto, quod pote- runt fratres adire metropolititanum, qui est iudex ip̄sus episcopi, arg. bonum in c. nullus, cum ibi no. de iure pa. uel cōi consensu poterunt eligere arbitros, ar. r. 1. q. 1. si clericus.*
- 37 *¶ Et nota diligenter quod supra dixi de uniuersitate cleri & populi, qd secundum ipsorum paucitatem, uel mul- titudinem fratres constituantur ex hoc enim tex. inferi mani festè, quod etiam clerici possunt istis fratribus con- fiteri, quod nota.*
- 38 *¶ Quod licentiam concessam istis fratribus super con- fessionibus audiendis non potest episcopus sine cā reuo- care, uide gl. super uerb. concessit.*
- 39 *¶ Quod episcopus potest ex causa omnes fratres sibi presentatos pro confessionibus audiendis refutare, pu- ta quia omnes presentati sunt indigni, nō habentes quæ- litates hic requisitas, de quibus supra hoc uoluit gl. in uerbo, quemquam. Et ex rōne gl. nota qd dictio, quicquā tanquam indefinita æquipollet, vniuersali, uide ad ma- teriam quod nota. Barto. in l. hoc articulo. ff. de hære. i. nstitut.*
- 40 *¶ An religiosi ualeant istis fratribus sic deputatis con- fiteri peccata sua, uide hic gl. no. in uer. uolentium, quæ sub dubio, forte, dicit qd tales hic non includuntur, qui s. m. suorum ordinum statuta suis prælati confiteri de- bent aliqui doc. hic tenent prium; ideo uideas hic no. aliqui dicit tu- * Verbum, libere. Ver- bum, libere multipli- cem habet significa- tionem significat eili- bere. i. sine dispensa- tione, ut per gloss. & car. in cle. si. de eta. et qual. uel libere, i. sine contradictione, sine iuris impedimento, cardi. ubi supra & in c. j. de sup. ne. præla. li. 6. & ibi arc. & in c. cum archiepi copus de offi. ordi. lib. 6. & in c. 1. de regu. lib. 6. ubi etiam per Gem. & per Alex. and. in l. si mibi, & Titio, col. antep. de uerb. oblig.*
- 41 *¶ An istis fratribus sic electis & deputatis possint clerici, uel laici confiteri sine suorum sacerdotum parochialium licentia, glo. not. hic in uer. libere, colligitur qd sic per uerbum istud, libere.*
- 42 *¶ Ex quo no. quod istud uerbum libere, * importat, ut non exigatur alte-*

- alterius licentia, ut no. in c. de multa, de præben. & in c. licet episcopus, eodem ti. li. vj. aliqui hic contra; satis mi- hi placet dictum glo. cum isti fratres in hoc æquiparen- tur curatis, ut in præalle. uer. per huiusmodi.
- 43 *¶ Nunquid confessus istis fratribus deputatis ad actū confessionis teneatur etiam proprio sacerdoti confite- ri? glo. hic in uer. impartiri, concludit qd non, & no. glo. quæ satis mihi placet, & eam sequitur Pau.*
- 44 *¶ An in casibus episcopo referuatis, de quibus no. in c. si episcopus, de peni. q. r. emis. lib. vj. & plenius per Host. in sum. eo. tit. §. cui confitendum, possint isti fratres absol- uere sibi confitentes, uide hic glo. in uer. concessa, quæ concludit, qd non per istum tex. in præalleg. uerbo, per huiusmodi; quia non habent potestatem maiorem, quam habeant curati. Sed eadem glo. refricat in dubium, an possit episcopus de nouo. s. post hanc ele. referuare sibi aliquos casus, in quibus non possint illi fratres absolu- ere; & uidetur tandem concludere qd sic: quia decurtādo potestatem curatorum sibi subiectorum per cōsequens decurtatur istorum potestas, quæ commensuratur ad il- lam; & uide tu omnino ad materiam, quod not. maxi- me per Bald. in l. omnia priuilegia. C. de episcop. & de. & tenementi istam glo. ad similes quæstiones in ratione sui.*
- 45 *¶ Possunt episcopi & superiores concedere istis fra- tribus ex speciali gratia casus sibi referuatos a iure, uel ab homine, hoc uoluit tex. in uer. nisi forsā, & clarius glo. in uer. prælati.*
- 46 *¶ Ecclesiæ populum non habentes non habent de iu- re communi sepulturam. unde isti fratres hoc habent ex priuilegio speciali, uide hic glo. in uer. sepulturam quam not.*
- 47 *¶ Quarta debetur rectori parochiæ nō solum de his, quæ directè relinquuntur fratribus à parochiano. alte- rius in ipsorum ecclesia sepulsi, sed etiam si detur eis aliquid ab executore dato, seu deputato ad certā sum- mam suo arbitrio distribuendam: uel si sibi aliquid fuit legatum distribuendum, & ipse distribuit in eisdem fra- tres, hoc uoluit hic glo. in uer. obuentionibus, & nota suam rationem, tu etiam uideas bonum tex. cum ibi no. in l. unū ex familia. ff. de lega. ij. ubi parit, qd illud, quod fit ab executore, factum uidetur ab ipso defuncto, qui il- lum deputauit.*
- 48 *¶ Et ex hoc & ex ratione glo. collige, qd ex collatis p executorem sic generaliter deputatum ad aliquos usus priuilegiatos non debetur quarta, ac si ipse testator reliquisset, de quibus in c. fin. de testamen. illud e. si non habet locum quo ad istos fratres, ut infra patebit. Idem dicit præalle. glo. quod in primo casu si testator man- dat executori, ut ipse det, seu aliquid permittat ipsis fratribus.*
- 49 *¶ Illa dicuntur funeralia, quæ cum funere deferuntur uide hic glo. in uerbo, funeralibus. Idem secundum doc. hic quo ad effectum, ut debeat quarta de his, quæ occasione funeris obueniunt per istum tex. in uer. uerū, qui generaliter loquitur. De candelis, quæ dantur ipsis fratribus ad manus, & derelictis pro missis dicēdis debe- tur quarta præbytero parochiali, uide glo. in uerbo, su- neralibus, post principium.*
- 50 *¶ Constitutio est ueteris iuris correctoria, cum de- beat quarta uigore eius etiam de relictis priuilegia- tis contra c. si. de testa. ideo est restringenda, & ad alios, quam prædicatores & minores nō extendenda, uide hic glo. in uerbo, de iure.*
- 51 *¶ Si testator legatum soluit in uita, nihilominus debet quarta, * uide hic glo. in uer. datis, & satis hoc probat tex. in uerbo, nec non. S. uerum, col. ij. uer- quero in eo, quod di- cit.*
- 52 *¶ Quamquam testator petat se- peliri in ecclesia fratrum cum ipso- rum habitu, nihilominus debetur quarta. Idem si transiret in ægritudine constitutus, de qua decederet, uide glo. in uer. decesserit.*
- 53 *¶ An ex relicto facto singularibus fratribus, seu eis dato in infirmitate, de qua decessit testator, debeat quarta ecclesiæ parochiali; & intellige, ut sit dubium, de relicto facto singularibus fratribus ad ipsorum com- moditates, puta emptiones librorum, uel uestium, ui- de hic glo. nota. in uer. indirecte, quæ concludit, quod sic, * quia in * Quod sic. uide hic effectū acquiritur conuenti, si- per do. Car. in §. ue- cut per monachum monasterio; & ram, in col. ii. uer. sic. nota bene rationem glo. & maior decimoquinto que- ad hoc est dubitatio, quando reli- cio fieret a consanguineis ipso- rum fratrum, maxime parentibus, de qua quæstione ui- de hic satis late per Ioan. de l. & per Oldra in suis alle. & Fede. de Sene. in suis cōsiliis, & satis facit tex. iste pro opinione glo. quam uidetur sequi Ioan. de Lig. de Fe- de. licet Oldra. contra.*
- 54 *¶ Prædicatores & minores ad quartam relictorum per illos, qui apud eos sepulti non sunt, minime tenen- tur, nisi in fraudem alibi sepultura electa fuerit, quod ex coniecturis poterit indicari, uide glo. & tene eam menti in uerbo, quartam; puto etiam quod de relictis & donatis per alibi sepultos, uel sepeliendos, occasio- ne tamen in ecclesia eorum sepulorum, forte paren- tum, filiorum, uel consanguineorum, debeat quarta: quia omnia ista proueniunt occasione sepulturæ ob quam debetur hæc quarta, ut satis colligitur hic in uer- uerum, & in c. j. eod. tit. in antiquis tex. tamen iste in di- cto uer. uerum, uidetur resistere, ideo diligenter cogi- ta: primum tamen habet æquitatem, & uide not. hic per docto.*
- 55 *¶ Rectores ecclesiarum parochialium possunt quartā relictorum fratribus uendicare, & inhibere hæredibus, uel per fideicommissum grauatis, ne illa fratribus sol- uant, maxime cum habent eos suspectos; hoc ita uoluit glo. notabilis in uer. largiri, quam no.*
- 56 *¶ Quarta debita ecclesiæ parochiali adeo integre de- betur, ut dimnui non debeat p obuentiones, quas ha- buit parochialis sacerdos in missa funeris dicta apud suam ecclesiam ante, quā funus portetur ad fratres hæc est opinio Io. mo. hic, qui etiam dixit, funus prius por- tandum ad ecclesiam parochia- lem, * ut ibi dicatur missa, & reci- * Ecclesiam parochia- lem. hæc consuetudo seruat in urbe Lug- dunum. & est multū diligenter. laudabilis talis con- suetudo.*
- 57 *¶ Licet fratres possint ad quartā exhibendam ecclesiæ parochiali coerceri: propter exemptionē tñ non possunt per ordinarios locorum compelli, de quo clerus satis conqueritur, uide glo. in uer. coerceri, quam nota.*
- 58 *¶ Valet priuilegium, uel gratia apostolica, de qua cō- stat, licet scriptura sup ea confecta non sit, uide hic glo. singularem*

singularem super uerbo, & satis probatur in tex. in uer. nos aduertendum tamen, quia glo. loquitur de gratia, de qua constat tex. tamen hic non utitur istis uerbis. unde dico, qd gratia in se ualet, licet de ea non constet, nisi forte ipsi, cui facta, ad hoc uide per Bald. in l. humanum. C. de legi. sed dubium est, nunquid possit illa uti in aliorum prauidicio, non facta de illa fide, praefertim per scripturam; & certum est, qd fides fienda est: quia alias non credit assenti, ut in c. cum in iure, de of. fi. deleg. sed dubium est, an possit aliter probari, quam per literas apostolicas, de quo uide quod not. Archi. in proemio sexti, & in d. l. humanum per Bald. & per dnos de Rota in suis decisionibus numero. cccxxxij. & uide quod dixi in clemen. ij. de rescrip. & tene semper meati istum tex. iuncta glo. ut in conscientia satis fit tutus, qui habuit gratiam a Papa, licet scriptura inde facta non sit. Idem dic de statuto Papae, ut singulariter probatur per. c. j. de renun. lib. xi. & uide per Ioan. An. in regula, nemo ad impossibile, de regu. iur. li. vi. in Mercu.

8 Licet hic tollatur pactum, non tamen intelligitur sublatum sententia confirmatum; & idem dic in similibus, quod no. uide glo. in uer. pacta.

9 Ex cuius sine no. q. noua lex non extenditur ad causam pendentem, uel decisam, etiam si ad praeterita referatur.

De decimis. Rubrica.

Religiosi.] Clementina ista disponens contra religiosos non uendat sibi locum in clericis secularibus, * uel laicis, licet similia, seu talia hic expressa committat; hoc Glo. uoluit prima hic. Ex qua no. q. dispositio concepta contra religiosos non het locum in clericis secularibus, uel laicis excedentibus contra illam dispositionem. In religioso autem tractato ad ecclesiam secularem dicitur hae glo. dispositione locum habere, quod bene no. uide tamen in hoc, quod dixi in cle. j. de reb. ecclie. non alie. & in cle. j. de rescrip.

2 Constitutio edita contra religiosos includit etiam foemmas religiosas, uide hic glo. in uer. quicumq; intellige in materia eis proportionabili: quia masculinum &c. uide glo. in clemen. attendentes. j. de statu re.

3 Constitutio concernens fauore ecclesiarum no. extenditur ad priuatas personas * idem ius, quod ecclesiae, praetendentes, uide hic glo. in uer. ecclesijs.

* Priuatas personas. Adde quod priuilegium concessum personae facilius reuocatur, quam concessum ecclesiae, uel loco, tex. est in c. ul. in fi. de rescrip. lib. vi.

5 Familiares religiosorum tenentur ad decimas etiam animalium, licet ipsi religiosi, quibus ipsi seruiunt, sint a praestatione decimarum exempti, nisi ipsi familiares sint plene oblatis, ut puta, quia donauerunt se, & sua monasterio, uide hic tex. maxime in fi. iuncta glo. in uer. familiarium.

6 Verbum, grex, stricte sumptum differt ab armen-

to, * quod est maiorum animalium, * Ab armento, uide per Bart. in l. fi. de mili. uaste, libro. xij. ubi idem tenet quod hic idem tenet do. Ioan. de pla. in d. l. fi. alle. hanc glo. super uer. gregibus.

7 Et cui debeantur decimae de fructu gregis, glo. remittit ad nota. ta. xij. q. j. §. ij. & c. ad apostolicam, de deci.

8 An priuilegiati super decimis non soluendis de nutrimentis animalium admittentes aliena animalia suis debeant perdere priuilegium & in suis, uide hic glo. in uer. immutentium, quae uidetur tenere qd non; quam no. ad similes quaestiones.

9 Sicut priuilegium de decimis laborum non soluendis non extenditur ad terras, quae alijs excolendae traduntur, ita priuilegium de nutrimentis animalium non extenditur ad animalia, quae traduntur alijs nutrienda; uide hic tex. iuncta glo. in uerbo, tenenda; & intellige, qn tenentur per alios non tamen expensis ipsorum priuilegiatorum. nam si ipsorum expensis, ipsi uiderentur illa nutrire; ad hoc quod le. & no. in c. ex parte, & c. di. lecti, de deci. & c. licet & de hoc uide quod hic no. in gl. sequenti in uerbo; excolendas, quae satis bene tractat istum articulum, concludens, qd tunc dicuntur isti priuilegiati suis sumptibus, colere cum pro cultura tradunt, dato qd nihil ex praedio proueniat; secus, si sunt coloni censuales, uel partiarij, quia isti submitunt se fortunae.

10 An coloni censuales, uel partiarij priuilegiatorum simpliciter super decimis non soluendis teneantur ad decimas, uide bo. glo. praefalle. in uer. excolendas, quae concludit ponderanda uerba priuilegij. Si enim priuilegiu eximit eorum terras ab hoc onere, tunc coloni colentes illas participant illi priuilegio. Si uero eximit personas, tunc licet illi de sua parte non soluant, coloni tñ no. exempti de sua soluent, quod bene nota ad similia.

11 Religiosi decimas non soluentes non incurrunt poenas hic contentas; in quibus autem casibus procedunt poenae hic statutae uide bonam glo. in uer. prohiberint.

12 Vbi cunq; requiritur requisitio contra parem, uel inferiorem ad conuincendum eius contumacia sufficit unica, hoc colligitur hic ex tex. iunct. glo. in uer. factam uide quod latius dixi. s. de sepul. cle. dudum.

13 An constitutio, * uel dispositio suspendens simpliciter quem ab officio, debeat intelligi de officio a diuinis, an uero de temporali, puta quae est sacrista, camerarius, &c. uide hic bo. glo. in uer. officijs quae no. & uide hic latius per doc.

14 Suspensus, donec satisfecerit, no. indiget absolutione, itercedete satisfactione: requirit tñ declaratio super satisfactione: nec in sic excōi. caro. det. n. idistincte absolui, uide gl. i. uer. donec, qd sp. mēti tenebis.

15 Dispositio pcepta certo casu p priuilegiatis apposita clausula i sine dispōis, uidelicet priuilegijs no. obstantibus quibusq; &c. no. tollit indifferenter priuilegia quo ad oia; sed solum quo ad ea, qd p dicitur dispōis obuiare possēt. hoc uoluit gl. hic in uer. quibusq; Non

16 Non dicitur quis plene oblatus, nisi donauerit se & sua ecclesiae, & cum effectu, i. cum non sit appositum aliquod pactum, uel conditio, quae habeat ipsius oblationem tenere in suspenso, uide hic tex. in fi. iuncta gloss. pen. & ul. & de his oblati tam monasterio, quam ecclesiae seculari uide bonam & no. glo. in c. ut lex continetur. xxvij. q. j.

1 Beneficiorum.] Decimae beneficiorum. i. fructuum ipsorum beneficiorum non debentur indistincte & sepe per ipsi Papae: sed ipsas solet Papa imponere sibi, uel alijs soluendas ex causa, & ad tempus, uide hic glo. j. in prin. & gl. in uer. tempus.

2 Circa istam decimam beneficiorum gl. j. hic quaerit de quinque quaestionibus.

3 Prima, an includantur hospitalia an huiusmodi loca pia.

4 Secundo quid de fabricis ecclesiarum.

5 Tertio de his, qui habent prioratus, grangias, pensiones.

6 Quarto de quotidianis distributionibus, & de minutis oblationibus.

7 Quinto de capellanis, & beneficijs altarium; & dicitur de eis, ut hic in preal. gl. habetur.

8 Potest Papa istas decimas ad tempus ex causa cuius concedere ut principi, uel alteri, & in regno Francia saepe casus iste praestatur, uide hic glo. in uer. cuius.

9 Dispositio huius cle. habet locum, cum Papa simpliciter imponit huiusmodi decimas sibi, uel alijs soluendas, ut tunc debeatur secundum taxationem decimae in illis partibus consuetam & ad monetam currentem sed si aliquid certum exprimat Papa in concessione, illud seruari, uide hic gl. iuncto tex. in uerbo, simpliciter.

10 Vbi beneficia sunt taxata in communi estimatione prouentuum, fiet solutio decimae secundum illam estimationem in prouentibus consecutam nisi taxatum sit beneficium in centum, soluat x. licet plus colligat, quam beneficium, uel minus ubi autem nulla est taxatio, tunc taxatione decimae plus, uel minus soluit beneficiatus, secundum qd plus uel minus singulis annis recipit, soluendo. s. ueram decimam omnium redditu beneficij; uide hic gl. in uerbo, taxationem.

11 Et aduerte quia hoc casu debet deduci expensa facta pro fructibus percipiendis, & sine quibus fructus haberi non poterant, licet secus sit in communibus decimis, quas quisque soluere debet ex praedijs suis, ut in causis sint homines, e. ci. & hic uoluit notanter haec gloss. supra aliqua uide.

12 Si Papa * mandat alicui prouideri de beneficio usque ad certam summam certae monetae secundum taxationem decimae, habet locum, quod hic dicitur, ut inspicatur illarum partium consecutum in taxatione decimae id est ut prouideatur de beneficio illius ualoris expressi secundum taxationem decimae, quae solet esse in partibus, licet plus, uel minus singulis annis in ueritate percipiatur debet. n. attendi estimatione, quae habetur in communi; hoc uoluit glo. hic in uerbo, consuetam.

13 Sed aduerte, quia glo. loquitur, quando Papa in rescripto se restringit ad certam summam secundum taxationem decimae quid si simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio usque ad certam summam, an debeatur attendi uerus ualor, i. quod in ueritate singulis an-

nis percipitur, an uero communis taxatio ibi solita; certe si quaestio ista referatur ad tex. idem erit dicendum, etiam cum simpliciter scribitur; quia in tex. non fit mentio de aliqua taxatione: sed loquitur, cum simpliciter fit concessio decimae; & tamen deciditur eam deberi secundum estimationem solitam; in beneficio tamen in titulum concessio forte aliud esset dicendum, cum debeat fieri stricta interpretatio, ut in c. quauis, de praeb. li. 6. & ideo deberet attendi uerus ualor; & hanc quaestionem, si bene reminiscor, expresse tangunt domini de Rota, & credo retigisse in c. ad aures, de rescrip.

14 Quid autem, si mandat conferri beneficium certae summae ad certam monetam, & illa moneta non currit in illis partibus; uide hic glo. in uer. consuetam, prope fi. quae notabiliter dicit, quod fiet comparatio monetae ibi currentis ad illam, quae in literis exprimitur, iuxta pondus & consuetudinem cambij, quae communiter esse solet, & non iuxta casualem charistiam, uel ueritatem, quae propter causam acciderent, quae uerba diligenter no. ad similes quaestiones.

15 Solutio decimae beneficiorum det fieri non in ipsis rebus, sed in pecunia numerata, uide gl. in uerbo, moneta, in c. de tex.

16 Si plures monetae currunt in loco, potest beneficiatus soluere decimam, de qua moneta uult, dummodo illa communiter currat. Electio ergo est soluentis, uide bo. glo. in uer. currentem, & ualet ad alias quaestiones, & uide glo. fi. in c. ij. de male. & de materia plene per Bar. in l. creditor. ff. de solu. & in c. olim, de cens. & in c. quanto, de iureiu.

17 Quamquam libri, calices, & alia ornamenta diuinis officijs deputata capi non possint pro solutione decimae alij tamen libri, atque iocalia alijs usibus deputata capi poterunt & distrahi, uide tex. a contrario iuncta glo. in uer. deputata.

18 An non soluentes decimam beneficiorum, prout tenentur, possint constringi per secularem potestatem, uide gl. fi. hic, nisi contemnat censuram ecclesiasticam.

De regu. & transf. ad re. Rub.

Vprofessores.] Dispositio huius cle. habet locum etiam in illis, qui fecerunt professionem infra xv. annum suae aetatis, uel alias infra probationis annum in monasterio mendicantium, & postea intrauerunt ordinem non mendicantium, cum litera ista loquatur indistincte in principio sui, de quo uide hic per glo. j. post principiu. Constitutio istius cle. j. locum habet et in feminis ordinum mendicantium, si transferint ad non mendicantes, uide hic gl. in uer. quoslibet.

2 Si mendicans transit ad alium ordinem mendicantem, uel non mendicans transit ad mendicantem, seu non mendicantem, non habet locum haec constitutio. solum ergo habet locum, in uno de quattuor casibus, scilicet cum mendicans transit ad ordinem non mendicantium, uide hic text. iuncta gloss. in uerbo, non mendicantium.

3 Si quis de ordine mendicantium transfuit ante hanc constitutionem ad ordinem non mendicantium, licet ibi obtineret tempore huiusmodi constitutionis prioratum, uel aliquam administrationem; non tamen habere debuit post hanc constitutionem uocem in capitulo; nisi for-

te fuisset in illo ordine principalis praelatus; hoc uoluit glossi. secundum unum intellectum in clemen. j. prael. in uerbo inibi.

4 ¶ An is, qui de ordine mendicantium transiit post hanc constitutionem ad ordinem non mendicantium, potest habere aliqua officia ibidem, quae non sunt subiecta ecclesiasticae regulae, sed consistunt in facto, ut officium aconomatus &c. uide glo. super uerbo, officia, in principio, quae uidetur dubitare. nam de primis officijs non est dubium, quod ad illa etiam extra monasterium assumi non possit, ut in §. prioratus, & no. quod procedit iste tex. etiam si auctoritate sedis apostolicae transiit, ut patet in tex.

5 Transiens de ordine mendicantium ad ordinem non mendicantium non potest assumi ad officium et praedicationis, uide hic gl. notabilem in uerbo, officia.

6 ¶ Et nota ex ipsius ratione, quod praedicare est officium curae. competit. n. de iure communi solis curatis, de quo uide tex. cum gl. in cle. dudum, * de sepul.

* In cle. dudum. Quibus competat officium praedicandi, uide plene per do. Card. in cle. dudum. §. ab olim in ij. uers. sexto quae ro, quibus liceat, ubi plene uidebis.

8 ¶ Decretum irritans non operatur effectum suum indistincte. illa enim cadunt in decretum, quae sunt retractabilia. sunt enim quaedam de officio curae, quae non possunt cadere in decretum, quia non sunt retractabilia, ut baptizare, eucharistiam dare, & his similia. Item est in his, quae consistunt in facto, & nequeunt non fuisse, sicut praedicare, castaldia, & similia, uide gl. in uerbo, irritum & tene menti.

9 Licet constitutio concilij, seu Papae cum approbatione concilij aliquid inhibeat cum clausula, quouis priuilegio non obstante, non tamen per hoc ligatur potestas Papae uel successoris, quominus possit concedere priuilegium in contrarium, uide hic gl. notabilem in uerbo, priuilegio, quam singulariter nota.

10 ¶ Ex qua habes, quod Papa etiam cum concilio non potest imponere legem Papae, & uidetur probari in c. cum in cunctis, iuncto. c. innotuit, de elec. quod tamen limita, ut no. Spe. in ti. de le. sub rubrica de dispen. in §. tunc breuiter, prope fi.

11 ¶ Os qui. An & quando assumptio, uel delatio habitus inducat professionem tacitam, uide hic plenissime per glo. 2. ex qua collige aliquas conclusiones: quia propter causarum uarietatem uidetur inueniri habitus intricata.

* Per glo. uide hic plenius per do. Card. in j. et ij. questione. 2. ¶ Prima conclusio, delatio habitus patenter distincti, ut in colore, scissura, uel forma quanto cuncte tempore non inducit professionem; hoc probatur hic in fi. literae, iuncta gloss. sed maxime in fi.

3 Secunda conclusio, delatio habitus indistinctissimi per modum, de quo in c. j. eo. ti. li. 6. ut quia non solum professi & nouitij illo utuntur, sed etiam gerentes uitam communem cum eis, non inducit professionem in eo, qui in pupillari aetate illum assumpsit, quanto cuncte tempore deferatur, ut probatur in d. c. j. e. ti. li. 6. nec hodie cor-

rigitur per istum tex. ut no. hic gl. super uerbo, portauerit; secus autem in eo, qui illum assumpsit in pubertate. inducit. n. in eo tacitam professionem post annum, ut probatur in d. c. j. qui uero.

4 ¶ Tertia conclusio, delatio habitus extra religionem quanto cuncte tempore non inducit professionem, hoc uoluit tacite iste tex. in uer. In aliqua religione &c. ar. sumpto per contrarium, & expressius tenet hic gl. in uer. in aliqua, quam singulariter notabis, & facit. ca. ut clerici, de reg.

5 ¶ Quarta conclusio, delatio habitus indistincti, ut est ille, quo utuntur pariter nouitij & conuersi, inducit ultra annum post pubertatem professionem tacitam, ut in c. j. e. ti. li. 6.

6 ¶ Quinta conclusio, delatio habitus distincti latentes, puta per benedictionem inducit per annum professionem in illo monasterio, in quo habitus fuit delatus: haec conclusio probatur singulariter per istum tex.

7 ¶ Assumptio habitus professorum inducit professionem in genere, si datur perseverantia tridui, de quo tamen dicendum, ut habetur in c. constitutionum, eo. ti. li. 6. in fi. etiam si talis habitus latenter distinguatur ab habitu professorum, ut probatur in d. c. j. in fi. nec in hoc ille tex. mutatur per istum tex. quia loquitur in alio casu, ad quem litera ista restringitur, ut no. hic in glo. magna, in uerbo, hodie uero, quo ad hunc casum &c. Et ex praedictis, & ex glo. ista magna, in uer. ex his, no. triplicem habitum nouitiorum distinctum indistinctum, & indistinctissimum hoc dupliciter, ut supra dixi, & patet hic in tex.

8 ¶ Ad professionem faciendam tacite, uel expresse requiritur pubertas ita, quod masculus debet esse. 14. annorum femina uero. xij. nec sufficit ad istum effectum, quod prudentia, uel malicia suppleat aetatem, hoc uoluit hic gl. in uerbo, aetate, quam no.

9 ¶ Ex qua habes unam differentiam inter professionem, & matrimonium carnale, nam in illo malicia supplet aetatem, ut in c. puberes, de despon. impu.

10 ¶ Tex. iste locum habet etiam in fratribus mendicantibus, uide hic gl. in uer. religione.

11 ¶ Annus, per quem causatur tacita professio cum delatione habitus nouitiorum indistincte, uel latenter distincte, debet esse completus, uide hic gloss. in uers. Per annum.

12 ¶ Ex quo no. quod ista dictio, per denotat, perfectionem anni, facit l. urbana. §. pernoctare, ff. de uer. fi.

13 ¶ Per delationem habitus nouitiorum tempore annali inducitur tacita professio, dummodo post discretionis annos, quis talem habitum portauerit. nec habet obstare, quod illum assumpsit ante pubertatem, uide hic gloss. in uers. portauerit, & uide text. in cap. j. cod. titu. lib. 6.

De statu monachorum. Rub.

M in agro.] Nigredo habitus monachorum in signum mortificationis carnis, & uiciorum fuit inuentus, sed utinam hodie deficientibus meritis non significet meritorum & uirtutum obscuracionem, uide hic glo. in uer. sacro.

¶ Constitutio istius cle. habet locum in monachis nigris duntaxat, saluo, quod no. infra in §. sane, & §. quia uero, cu. §. se. Et potuit esse ratio: quia alij monachi coloris tenent corpus caput maius, ut Cisterciens. Calmadu-

lenfis. & his similes quo capite carent nigri monachi, aduerte, quia in trium facit tex. post prin. ibi nigri, brunni, uel albi coloris &c. & sic aperte uidetur comprehendere monachos etiam albos, & facit quod. j. no. in gl. in uer. albo cogita. uel dic sequendo gl. q. tex. loquitur non de ipso habitu, sed ueste proxima ipsi habitui, ut est tunica, quasi innuat, quod monachi nigri debent portare uestem proximam habitui de nigro, brunno, uel albo colore, ut colligi uidetur ex principio iuncto, uer. status. uel loquitur de superiori ueste proxima habitui, scapulari, & tunc stat primum dictum, & pro hoc dicto optime facit hic tex. in uer. sit etiam, qui clare loquitur de superiori ueste.

¶ Lectisternium componitur a lecto, & sterno, & ponitur pro lecto strato, & parato, & omni ipsius paramento, uide hic in uer. lectisterniis.

¶ Vestis superior, monachorum habitui proxima debet esse nigri, brunni, uel albi coloris iuxta morem apud eos seruari solitum in religione, qua degunt. Et dicitur habitus flocus, cuculla, uel scapulare.

¶ Et no. cum isti tres colores permittantur hic, alij omnes uidentur prohibiti, quod multi non ponderant. quod ergo dicit regula, quod de colore causentur monachi, non intendit, quod omnibus coloribus possint uti, sed quod non sententur inter colores permittos, dicendo quod, iste sanctior & pulchrior, uel melior; hoc uoluit hic tex. post prin. in uer. statuimus, iuncta gl. in uer. habitui, & in uer. albi. Et no. ex tex. & glo. quod si alij omnes colores praeter istos tres prohibentur monachis in ueste habitui proxima, fortius uidentur prohibiti quo ad ipsum habitum principalem & hoc aperte sentit praell. gl. in uer. albi.

¶ Regio regionis dicitur a regio, regis, & est patria, quam rex regit; & habet diminutiuum, regicula quasi parua regio: uide hic gl. in uerbo regione.

¶ Pugnum dicitur clausa manus compunctione digitorum, & dicitur pugno. qui. n. uult pugnare, stringit pugnum. hoc ponit gl. in uerbo pugnum.

¶ Monachi non debent portare unum uel duos butonos, seu plures in ueste proxima habitui, ut hic in uer. Sic etiam ipsa uestis &c. iuncta gl. in uer. quomodo libet. Et aduerte quia respectu uestis superioris hoc est cuculla, uel floci hoc est indubitatum: sed quo ad tunicam potest dubitari. sed idem puto dicendum, cum illa portet frequenter sub scapulari, & sic est habitui proxima. Et arguendo a speciali uidetur, quod in alijs uestimentis inferioribus non sit eis prohibitorum portare butonos.

¶ Appellatione cendati uenit omne sericum, uide hic gl. in uer. cendatum.

¶ Et no. ex illa gl. iuncto tex. in uerbo, in uestibus, quod nil de sericis debent monachi portare in uestibus profoderaturis.

¶ Quod monasterium dicitur habere certum numerum monachorum, quoniam talem numerum habet inclusio etiam praelato, uide hic tex. in uerbo, rursus, iuncta gl. in uerbo, duodecim monachorum, quod no. quia facit ad multa.

¶ Septem dicitur a sepio, sepi & idem est quod clausura, uide gl. in uerbo sepio.

¶ Consuetudo excusat monachos, si meliori panno utuntur in uno monasterio, seu in una puincia, quod i alia uide tex. in uerbo, rursus, iuncta gl. notabilem in uerbo, consuetudo, quae gl. intelligo, dimodum nimum non excedatur in qualitate panni regularis modesta, arg. huius tex. post principium ante uer. sit etiam.

14 ¶ In monasterio, in quo fuerit congregatio. 12. monachorum, aut supra, abbas, prior, uel alius praesides intra septa monasterij portare debet flocum. In alijs autem monasterijs, ubi non est tanta congregatio, in cucullam. Cum uero abbates, priores, aut alij praesidentes, & monachos extra monasteria proficisci contigerit, flocum cucullam, aut cappam clausam habeant, & subtus cappam, si eam portauerunt, cucullam deferant, aut si maluerint, scapulare. & aduerte, quia licet sub cappa sit portandum saltem scapulare, sub flocis, uel cuculla non quasi illa sint habitus, sed non cappa.

15 ¶ Et dicitur cappa a capite, siue a capio, capis: quia totum capit hominem: non tamen habet caputium appensum, sicut cuculla, uel flocus: ideo portatur sub illa a scapulare: rotundelli tamen, qui nunc sunt in usu, non sunt proprie cappae. haec uoluit tex. iste in uerbo, rursus, quam sequitur, iuncta gl. notabilem in uerbo, cappam, quam not. haec procedunt regulariter. Sed cum ad seruendum in diuinis officijs, albis, uel sacris uestibus induentur, aut cum occupabuntur in operibus, uti eis liceat scapulari, ut hic in uer. sequenti qui incipit. Cum autem ad seruendum, & uide gl. in uerbo, albis.

16 ¶ Ex quo tex. not. quod secundum dispositionem huius cle. monachi non possunt uti scapulari sine cappa, nisi cum induuntur ad seruendum in diuinis officijs albis, aut uestibus sacris, seu cum occupantur in operibus, seu debent portare uestes, prout. §. dictum est

17 ¶ Et aduerte, quia no. cucullae uenit habitus longius & amplas manichas non habens: no. uero floci intelligitur habitus habens longas & amplas manichas, ut hic habetur in uer. uerum. de cappa non habetur hic propria significatio: gl. tamen supra alle. ponit eam ut distincta a rotundello, & non declarat differentiam. puto quod de mente glo. fuerit, quod rotundellus dicitur mantellus longus, apertus tamen ante, sicut multi solent uti hodie: cappa uero est mantellus rotundus cooperiens totum hominem non apertus, sic utuntur hodie Praelati.

18 ¶ Licet fideles non ardentur regulariter ad confitendum, & ad corpus Christi sumendum, nisi singulis annis, monachi tamen tenentur singulis mensibus, prout hic in uer. sane, continetur, de quo etiam in uerbo, singulis.

19 ¶ Et an hic comprehendat etiam alios monachos, non nigros, gl. praell. uidetur dubitare: uidetur tamen concludere honestum esse, quod sic.

20 ¶ Appellatione nouitiorum ueniunt non solum nouitij, non professi, sed etiam professi nouiter recepti, non bene instructi in obseruantia regulari, seu diuinis officijs, hoc uoluit hic gl. in uerbo nouitijs, & istis nouitijs debet deputari fidelis instructor &c. ut hic in uer. nouitijs.

21 ¶ Nota differentiam inter uenationem, & aucupationem, uenatio fit ad bestias, & aucupatio ad aues; idem aucupator, auium captor, uide hic tex. in §. porro, iuncta gl. in uer. uenationibus.

22 ¶ Canes ad custodiam possunt licite tenere intra monasterij septa: secus de canibus, & auibus uenaticis, &c. uide tex. in d. §. porro, iuncta gl. in uer. uenaticos.

23 ¶ Not. quod religiosi non debent intendere personalitate uenationi, uel aucupationi, et si in his habeant redditus uide tex. in d. §. porro, in uer. personale, quae no. maxime in fi. sui, ubi habetur quid dicendum in clericis secularibus.

- 24. ¶ Monasterio uacante, uel alias abbate, suspenso beneficiorum collatio ad abbatem pertinens non deuoluit ad priorem claustralem, & capitulum monasterij, sed debet obseruari, qđ habet in c. uno, ne sc. ua. lib. 6. unde casus hic contentus est specialis ad alios casus nō extendendus, uide hic bonam gl. in uer. si quis aut, in fi. in uer. ut præmittitur, quam no. bene.
- 25. ¶ Iustus & bonis obseruantia regularis est suaue iugū, quibus est claustrum, quasi aqua piscibus. 16. qđ. 1. placuit. 2. Aliis est carcer, de sent. exc. ut famæ, & ad utrūque. 2. 3. dist. de his no. uide hic tex. in §. quia uerō, iuncta gl. in uerbo, suau.
- 26. ¶ Et dicitur iugum à iungo, iungis, & sic solet uocari instrumentum, quo boues iunguntur, ut not. hic in gl. sequenti in uerbo, iugo.
- 27. ¶ Constitutio ista in §. qua uerō, ligat monachos cuiuscūq; habitus, & canonicos regulares ne accedant ad curiam principum secularium absq; speciali prelatorum suorum licentia &c. Nec mirum, cū liget etiam canonicos regulares, hoc uoluit hic gl. in uerbo, canonici. Et hoc specialiter dixit gl. hic, quia. s. uoluit constitutionem istam non extendi regulariter nisi ad monachos nigros propter uerba posita in principio, sed dicit, ut supra dixi latius.
- 28. ¶ Monachi administrationē habentes possunt impune ire ad curiam principum, cum saepe eos ire oporteat pp. causas suarū administrationum, uide hic tex. iuncta gl. in uer. non habentes, duodecim abusiones claustrij, & 12. abusiones scđi, uide no. hic p. gl. i. uer. curias, & no. illā.
- 29. ¶ Monachi cuiuscūq; habitus, & canonici regulares intrantes curiā principū aīo dānificandi monasterium, aut prelatum, incidunt ipso facto in suā excoicationis, siue habuerint à prelato licentiam eundē, si uerō. Itē siue dānificauerint, siue non. sufficit. n. a. s. cum accessu, uide hic tex. iuncta gl. in uer. ipso facto.
- 30. ¶ Monachi tenentes arma intra septa monasterij sine licentia abbatum suorum, sunt ipso facto excomunicati, tex. unicus est hic in §. qua uerō prefate quoque. Et nota. qđ punit tenentes. Si ergo monachi ueniūt de foris ad claustrum cum armis nō aīo tenendi in claustrō, nō ligant, nec et ex simplici delatione; hoc uoluit hic gl. in uer. tenentes.
- * Appellatione armorum. Quid contineatur appellatione armorum uide hic per do. Car. in §. prefate 5. quest.
- 31. ¶ Quid uenit appone armorū * tā in cōi, qđ strictē, uide hic glo. in uerbo, arma, quam nota præcipue quo ad duo. Primō, quatenus dicit, qđ strictē arma dicuntur, qbus defendimur, tela quibus impugnamus, inlti. de publi. §. itē lex. Cornelia. Secundo in eo, quod dicit, qđ licet armorum appellatio fustes & lapides comprehendat, & oē quod manu & arcu mittit, ut in pđicto. §. item lex: putat tā gl. qđ auctor non sic latē hoc intellexit, sed solum maiora, ut loricas, clypeos, lanceas &c.
- 32. ¶ Ex qua singulariter no. qđ armorum appellatio nō capitur hic large indifferenter, sed sūm subiectam materiam restringitur ad maiora &c.
- 33. ¶ Quoties dispositio loquitur simpliciter de monachis, habet locum in omnibus tam nigris, qđ albis & reliquis, uide hic textum in §. ad hęc iuncta gl. in uer. monachi, quam not. Ideo concludit, qđ iste §. ad hęc, habet locum in omnibus monachis, ut non habitent singuli in admī nistratiōibus, seu prioratibus, &c. ut in text.

- 34. ¶ Non est necesse, ut prior habeat in prioratu duos socios, si reditus non sufficiunt, sed satis est, qđ habeat unum, uide hic glo. in §. ad hęc, in uerbo, duobus. Si autem non sufficiunt priori & socio, prouidebitur, ut in litera habetur.
- 35. ¶ Prioratus non sufficiens priori & socio, poterit uniri per ordinarium loci officij monasterij, ad quod prius, puta elemosynariæ sacrificiæ, cellariæ, & similib. uide hic tex. notabile in §. ad hęc, iuncta gl. in uer. officij, & dicit, ut latius in tex. continetur, & in gl. in uerbo, assensu, ubi habetur, an debeat interuenire consensus abbatij, & capituli ecclesiæ cathedralis.
- 36. ¶ Quod abbates nō possunt propria auctoritate unire ecclesias, etiam pleno iure sibi subiectas, gl. est hic singularis in uerbo, ordinarij. Ego dubito eo casu, quo essent pleno iure subiectæ. nam tunc potest in illis exercere episcopalia iurisdictionalia, ut not. glo. singulis in clej. de rebus eccles. non alienan. & facit quod plene dixi in c. significasti, de fo. comp. in lectura.
- 37. ¶ An abbates possint præscribere potestatem uniuersi ecclesiarum, seu beneficia sibi subiecta, seu spectantia ad collationē suā, uide hic gl. in uerbo, ordinarj, post principium, quæ ponit opinionem; & finaliter concludit, & bene qđ sic: quia hoc est dignitatis & iurisdictionis, non aut ordinis; ad hoc. c. accedentibus, de excess. præla. & qđ ibi no. in gl. & in c. litteras, de res. spo. requirit tñ titulus, cum sit contra ius, nisi sit tanti temporis, de cuius initio &c. ut in glo. quam not.
- 38. ¶ Iura dicentia, qđ monachi nō debent singulariter habitare in capellis, sed debet ad minus habere quilibet unum socium, cum quo possit aliquā stabilitatē claustrij seruare, debet intelligi in monachis claustralibus, qđ possunt ad libitū abbatij ad claustrū reuocari: secus aut in monachis, seu canonicis ppetuō institutis ad aliquā ecclesiā curatam: qđ cum tales nullā habeant amplius cum monasterio cōiōnē. 16. qđ. 1. ne pro cuiuslibet, non tenetur talis habere socium sui ordinis, nec abbas illi socium dare tenetur, ex quo nō est amplius sub eius cura; uide hic gl. glossam notabilem in uerbo, ad claustrum, quam tenementi: quia quotidie est in practica.
- 39. ¶ Clericus secularis habens ecclesiam, debet habere seruitorem, puta clericum in minoribus, qui eum adiuuet in diuinis, non aut tenetur habere socium, sicut monachus claustralis. uñ talis locus sufficere poterit psbytero, & seruitori, qui non sufficiat duobus monachis, uide hic bonam gl. in uerbo, seruitutis, iuncto tex.
- 40. ¶ Prioratū conuentalē non pōt monachus obtinere, nisi. 35. annum attigerit. & dicit conuentalis, in quo sint plures collegiales, non ut singuli, ut est hic tex. in §. ceterum, iuncta glo. in uerbo, conuentuales. Prioratum aut non conuentalē, habentem tñ curam aīarū, si cura ipsa nō p se, sed p psbyterū secularē exerceat, potest monachus habere post, qđ peregerit. 20. annum, & non prius. Sed si cura exerceri debeat per priorem debet attigisse. 25. annum; de hoc est tex. hic in §.

- in §. ceterum, iuncta gl. no. in uer. & si, dicit tamen prædicta gl. qđ licet ita conditionaliter uideatur loqui tex. non tamen uidetur de mente, ut claustralis exerceat curam per se. c. j. de ca. mo. dictu hoc dictum procedere mero iure cōmuni inspecto: tñ ex consuetudine potest claustralis curam per se exercere, ut notatur uolunt hic doct. & dixi in d. c. j. de cap. mo.
- * Conuentalis. Adde an prioratus sit dignitas: & dicitur qđ sic, ut in c. nisi, de præben. & no. gl. in cap. quibus, de uer. sig. & obtinet primum gradum dignitatis, quid sit per electionē, & non habet super se abbatem, ut not. Archid. de præben. in c. licet, lib. 6. prædicta intelliguntur in prioratu conuentali: secus in claustrali: quia illa est dignitas, ut in c. de. & si principalis, de res. spo. & hoc no. per do. Ant.
- 41. ¶ Quid autem si prioratus non est conuentalis, nec habet curā animarum: tex. aut glo. non aperit hic: sed tu dic, ut plenē scripsi in c. super ordinata, de præbē. quāquā. c. licet canon, de elec. lib. 6. locum non habeat in ecclesiis collegiatis, & assumptis ad ipsarum regimen, ut eodem tit. statutum, lib. 6.
- 42. ¶ In prioribus tamen conuentalibus & religiosis, & ipsorum prioribus locū habet, ut probatur hic in §. ad hęc, & uide glo. in uerbo, istos. priuatur. n. ipso facto prior etiam ecclesiæ conuentalis, qui non facit se intra annum in sacerdotem promoueri, ut hic.
- 43. ¶ Non professus ordinem monachalem non potest præfici alicui prioratū regulari, seu administrationi alicuius monasterij. Et professus profectus non debet stare in monasterio principali, sed in ipso prioratu, seu administratione teneri facere residentiam, quacumque cōsuetudine non obstante, nisi studio rum, uel alias rōnabili causa ab huiusmodi residentia excusetur; tex. est hic singularis in §. sanē prioratus.
- 44. ¶ Et nota ex illo, qđ nēdum simplex monachus potest de sui abbatij licentia ad studium se cōferre, ut in c. ij. ne cler. uel mo. lib. 6. sed etiam prior, qui alias tenetur ad residentiam ut hic, & idem dicit de abbate. A quo aut abbas debeat habere licentiam, uide per Io. And. in d. c. ij. & in §. ad ampliacionem, hic ppe finem, ubi ponit, qđ locum habet in quibuslibet monachis; & hoc ppter uer. quilibet, in tex. positum. hoc uoluit gl. in uer. quilibet. Tenetur ergo quilibet monachorum se facere, promoueri ad omnes sacros ordines ad monitionem sui abbatij &c. ut in litera. Et profectō mihi satis placet, ut iste tex. in totum sibi uendicat locum in omnibus monachis cuiuscumque habitus: tum quia eadem est ratio in omnibus, nec uerba bene ponderata resistunt: tum quia non uideo, quare in parte habeat locum in omnibus, & in parte non. Et facit quod no. glo. in clej. de res. spo. & quod ibi dixi.
- 45. ¶ Si monachus ultra iuris debitū à superiore suo grauarur, potest ex legitima cā ad superiorem superioris supplicare, uel appellare ad instar serui supplicatis contra dominum, C. de præci. impe. off. l. j. de appel. de priorē; hoc uoluit gl. in uer. legitima.
- 46. ¶ Si abbas non constituit magistrum in monasterio, ut monachos instruat in primitiuis sciētij, legitima causa non subsistente, debet ep̄s illum ad hoc cogere, uel ipse illum constituere; hoc uoluit gl. hic in uer. facultates.
- 47. ¶ Ex qua nota, qđ abbate negligente explere officium suum, debet ep̄s supplere modo prædicto. & facit quod legitur & notatur in c. quanto, de offi. ordin. & de hoc dicit, ut ibi generaliter legitur, & notatur.

- 1. ¶ Attendentes. Celebris dicitur à celo, & ponitur pro sancto, pro solenni, pro festiuis, pro frequentato, uide glo. hic in uer. celebri.
- 2. ¶ Singula monialium monasteria debent singulis annis per ordinarios uisitari, non exēpta, propria. exēpta uerō quæ sedi Apostolicæ immediate subsunt auctoritate Apostolica: exēpta uerō alia per eos, quibus subsunt, tex. est hic sing. iuncta gl. in uer. ordinariis.
- 3. ¶ Et impediētes ipsos uisitatores, nisi moniti resipiscant, ex cōmunicationis sententiam ipso facto incurrūt, ut hic in fine singulariter probatur.
- 4. ¶ Monasteriorum dux sunt species. Aliqua sunt ita exēpta, qđ non recognoscunt superiorem, nisi Papam. Aliqua sunt exēpta, quia sunt de ordine exēptorum, sicut monasteria ordinum Cisterciensium, Camaldulensium, & similia. Ista ultima non uisitat nec corrigit ordinarij loci, sed abbas, uel prior, cui subsunt: priora uerō, quæ immediate subsunt Papæ, uisitantur auctoritate Apostolica per ordinarium loci, & sic ordinarij loci in hoc est delegatus Papæ per illa uerba, auctoritate Apostolica; hoc uoluit tex. hic iuncta gl. in uer. alia, & iuncto tex. in c. cum aliquibus, de res. spo. lib. 6.
- 5. ¶ Sed dubium est, quid si monasteria monialium subsunt alijs monasterijs monialium? dubium facit, quia maior prælata non potest exire claustram, ut in c. vnico, eo. tit. lib. 6. & per consequens non debet posse per se uisitare, & sic loci ordinarij debet supplere. Arch. hoc tractat in d. c. vnico, & tenet, qđ illa maior prælata per se uisitare non potest: sed cum sit iuste impedita, uisitabit per alium, 10. qđ. 1. episcopum; facit de offi. ord. si episcopus, lib. 6. & sūm hoc cessabit ibi officium ordinarij secundum glo. hic præalleg. in uerbo, alia, prope medium.
- 6. ¶ Quō intelligitur, qđ annis singulis monasteria uisitentur, an sufficit, qđ in fine vnus anni, in principio secundi? uide hic glo. in uer. annis singulis, quæ remittit ad no. in c. in singulis, in prin. de sta. reg.
- 7. ¶ An monasteria possint uisitari pluries, qđ semel in anno, uide hic gl. in uer. annis singulis, quæ dicit qđ sic per no. in c. mandamus, de offi. archid. & in c. cum uenerabilis, de cens. & hoc dicit indubitatim, in non exemptis. Idem tamen putat in exemptis, cum hæc litera huic nō contradicat; & hoc nota.
- 8. ¶ Peccant prælati non uisitantes monasteria monialium singulis annis, cū eis hoc præcipiatur hic per uerbum, debeant, quod importat necessitatem, licet aliquā sapiat honestatem, sed illud est speciale, & sic intelligit c. j. de despō. impu. Ex hoc singulariter no. istam gl. quæ quotidie solet allegari, qđ uerbum, debet, ex proprio significato importat necessitatem, & idem Bar. in l. creditores, C. de pign. ubi plenius per eum.
- 9. ¶ Capitula, super quibus inquirunt uisitatores monasteriorum, formauit Guil. in Spe. de inquis. §. nunc tractemus, uer. licet autem, ad quem remittit hic gl. in uer. impendant, ubi uide.
- 10. ¶ Quā appellatione monialium includitur abbatissa, gl. hic in uer. moniales, alle. c. si. de sumo. ubi appellatione monachorum includit abbas: sed dicit, ut ibi plenius no.
- 11. ¶ An moniales* possint nutrire comā, an uerō teneatur sibi crines præcidere, uide hic bonā gl. in uer. Et cornutis, quæ primo per copu- Abb. Panor. Clemen. Nn ij lam

* An moniales. Adde quod si monialis filios procreauit, committit tria crimina, scilicet incestū, adulterium, et sacrilegiū, ut habetur 27. qđ. 1. cap. hi qui, & c. uirginibus.

- 20 ¶ **Quomodo** autem dicatur in titulum conferri, uide glo. hic in uer. committatur.
- 21 ¶ **An ista hospitalia** committantur rectoribus in perpetuum, ideo ad uitam ipsorum rectorum, an uero ad tempus, scilicet quandiu placuerit committenti, uide hic bonam glo. in uerbo committatur, quæ ponit opiniones. nam quidam, ut Inno. q. ad tempus ad instar tutorum & curatorum, & ideo prohibetur hic, ne conferantur in beneficium: quia beneficia de sui natura sunt perpetua. 5. dist. præcepta. Glossator dicit, quod hanc lecuram non recipit consuetudo, & quod hodie, sicut olim instituuntur perpetui rectores in talibus locis, uide hic per Io. de Lig. qui dicit, q. ex causis leuibus possunt tales remoueri, & latius per eum hic.
- 22 ¶ **Rectores hospitalium** ad instar tutorum, & curatorum inrumentum præstare, & de locorum ipsorum bonis* inuentaria conficere, & his, quibus subsunt loca huiusmodi, uel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua tenentur reddere rationem, ut est tex. hic not. in uer. ut autem, in fi.
- 23 ¶ **Qualia autem iuramenta** præstent tutores, & curatores, uide hic in uer. Tutorum.
- 24 ¶ **An rectores hospitalium** teneantur satisfacere, uide per gl. hic in uer. iuramentum, quæ concludit, q. non ad instar tutorum, qui ex inquisitione dantur. Et si tales essent suspecti, non debent eis hospitalia conferri, ut hic in tex. & glo. præalleg.
- 25 ¶ **Non solum** de bonis mobilibus, sed etiam immobilibus debet inuentarium confici, uide in Specu. de instrum. edic. §. fin. ad quam glo. hic se remittit, in uerbo, inuentaria.
- 26 ¶ **An isti rectores hospitalium*** teneant reddere rationem etiam non petitam, uide hic bonam gl. in uer. annis singulis, quæ concludit satis esse, q. requisiti rationem reddant, quam glo. bene no. iuncto tex. ad similes quæstiones, cū quis arctatur per statutum reddere annis singulis rationem. Et aduerte, quia hanc rationem non tenentur reddere orphanis seu pauperibus, sed ordinariis, quibus subsunt, ut in tex. & in gl. in uer. reddere.
- 27 ¶ **Prouisio facta clericis secularibus** de hospitalibus in beneficium duobus casibus hic exceptis est ipso iure nulla. Item si sit non in beneficium personis non habentibus qualitates hic in tex. contentas, quas supra reuli, ad hoc uide tex. hic in uer. ut autem, iuncta gl. in uer. attentatum, & hæc no.
- 28 ¶ **Quod hic cauetur** de suppletionem ordinario, & q. hospitalia non conferantur in titulum, de iuramento præstando rectoribus, & ratione reddenda, & inuentario conficendo, locum non habet in hospitalibus militarum ordinari, & aliorum religiosorum: debet tamē in eis obseruari, quod hic dicitur in §. præmissa; uide hic gl. in uer. præmissa.
- 29 ¶ **Hospitalia**, quæ consueuerunt ab antiquo habere altare, uel altaria, & cœmeterium, uel presbyteros cele-

brantes, & sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, defendi debent & cōseruari in illa antiqua consuetudine: cessante autem antiqua consuetudine, tunc hospitalia & ipsorum familia & pauperes inibi degentes sunt de parochia ecclesiæ, in qua sita sunt; ita, q. parochiales rectores de iure cōmuni ministrabunt sacra, uide hic tex. no. in fi. iuncta gl. in uer. parochiales.

30 ¶ **An hospitale possit erigi, & edificari sine auctoritate** epi, uide hic bonam gl. in uerbo, altare, quæ concludit, q. ad hoc ut sit religiosum & perpetuum, requiritur auctoritas epi, præsertim ut habeat altare, uel altaria, & cœmeterium, & aliquod ius parochiale. Si. n. intercessit epi auctoritas, tunc cum sit religiosum, ut in c. ad hæc, & in c. quia, de reli. do. poterit concedi per eum altare, cœmeterium, & ius parochiale, arg. in c. ij. §. de præben. in cle. de iure autem cōi ista non competunt hospitali.

31 ¶ **Si autem non intercessit auctoritas epi**, non est religiosum nec perpetuum, sed est in libera facultate edificantis. potest. n. quilibet domum suam, uel partem domus ad hospitalitatem pauperum disponere, & pœnitere* quãdōcūq. *Et pœnitere. De hoc que; & uide de hoc notabiliter per Innocen. in c. inter dilectos, de donatio. & facit cap. vnicuique fidelium, de consecratione distinctione prima.

De iure patronatus. Rubr.

V constitutio.] Appellatione dicecesanorū in materia noua non ueniunt inferiores prelati, licet habeant ordinariam; uide hic gl. in uer. dicecesanis, quæ quotidie solet alleg. similis gl. est in cle. j. de ui. & ho. cle. sed tu limita omnino, ut dixi in cle. j. de fo. comp. si aliquid per l. uia aut mortuum sub certa forma, siue clausula decreti irritantis mandatur alias habenti potestate, transgressio præcepti non uitiat actum: secus, si sit non habenti potestatem: sed ex nouo mandato illam recipit; ita singulariter uoluit hic gl. in uerbo, inhihentes.

2 ¶ **Et primum distinctionis membrum probatur** in c. dilectus. ij. de præben. & cap. si soli, de concessio. præben. lib. 6.

3 ¶ **Secundum probatur** in d. c. si soli, & c. cum dilectis, de rescrip. & cap. uenerabili, de offi. deleg. hoc uerum, nisi prohibitio habeat perpetuam prohibitionis cām, ut in l. nō dubium, C. de legi. & 10. dist. uides; & hoc uoluit præalleg. gl. in fi. sui, quam no. multum, & de hoc ultimo uide quod not. glo. in c. rua, de spon. duo.

4 ¶ **Dispositio clementi**. istius locum non habet in quibuslibet religiosi, & clericis habentibus ius presentandi duntaxat: quia rector non partem, sed omnes prouentus haberet: sed locum obtinet in habentibus presentationem vnā cum domino temporalium, ut in §. sanē, satis innuitur, & hoc uoluit glossa, in uerbo, ius presentandi.

5 ¶ **Perditio electionis alicuius potest dici pœna illi**, q. talem optionem perdit, hoc innuit iste tex. iuncta glo. in uer. in pœnam; & hoc no. habes enim vnum modum, per quem dispositio potest dici pœnalis. Item dic in reiteratione actus in odium agentis inducta, ut est tex. iuncta gl. in c. cognoscentes, de consili. & in c. decet, de immu. eccle. lib. 6.

Vbicunq;

- 6 ¶ **Vbicunq;** super aliquo actu oneratur per superiorē conscientia commissarij, * nō pōt de iusticia, uel iniusticia actus referri sibi qō; & si appellaret, nō tenetur cōmissarius appellationi deferre, ut est gl. notabilis in uerbo, Oneramus. & idem not. gl. in c. statutum. §. affessorē, de rescrip. lib. 6. unum tñ singulariter addit gl. hic; q. licet appellatio isto casu non deferat, seu deuoluat causam ad superiorē, nec suspendat potestatem commissarij, ex quo suæ cōscientiæ relicum est, superior tamen, ad quem est appellatum, emendabit, quod male factū est, ar. c. pastoralis, de elec. & sic appellatio non est omnino frustratoria hoc casu; & habes modum singularē impugnandi processum iniustum illius, cuius conscientiæ negocium commissum fuit; & nescio alibi istam gl.
- 7 ¶ **Lures.**] Eū, qui ad dotē ecclesiæ aliquid posuit, ita patronū effici uidet, * sicut illū, q. plus contulit, ita dicit gl. magna hic, principaliter posuit gl. notabilis, 63. dist. c. j. puto tamē, q. pinguior sit uox illius, qui plus contulit, sicut in simili dicit gl. in pluribus hæredibus unius patroni ex inæqualibus partibus, ut pinguior sit illius uox, qui plus habet in hæreditate, quod no.
- 8 ¶ **Hæres unius patroni** habens unam uocem habebit unam uocem. si autem est hæres duorum habentium duas uoces, habebit duas uoces, & sic de similibus, uide hic per gl. magnam, iuncto tex.
- 9 ¶ **An patronus habeat presentare clericū**, sicut presentat rectorem, uide hic gl. in uer. rectoris, quæ sentit q. sic, licet dicat de hoc esse opiniones in c. postulasti, eo. tit. ubi uide.
- 10 ¶ **Plures patroni possunt inter se libere conuenire** de presentando rectorem alternis uicibus, ut est hic tex. singularis.
- 11 ¶ **Et p hoc uerbum, libere, positum in tex. arguit**, hic gl. notabilis, in uerbo, libere, quod hoc fieri poterit sine superioris auctoritate. Itē uice uacat ecclesiæ tpe cōuentionis, siue nō. Et hæc nota pro intellectu huius uerbi, libere, ut excludat alterius assensum & solenitates. idē no. in c. licet epi, de præb. lib. 6. & in c. de multa, eo. ti.
- 12 ¶ **Patroni plurium ecclesiarum inter se possunt illa iura diuidere**, vt, si unus sit patronus i una, alius in alia, licet secus sit in patronatu libertorum. talis. n. patronatus inter patronos diuidi non pōt. licet alimētorum pflationes diuidere possint. ff. fam. erc. l. quidam, & de adm. e. le. l. iij. Et hoc idē, q. fortius est ius patronatus libertorū, q. ecclesiarū. Vnde illud nō alienatur, istud sic: illud trāsit in suos et non hæredes. ff. de iu. pa. filij, istud nō. hæc notanter uoluit hic gl. præal. in uer. libere, & uide qd notat de prædictis in c. j. & c. cū fm, de iure patri. Et pro priori dicto facit: quia sicut permutat patronatus cum patronatu, vt no. in d. c. cū fm, ita pars patronatus unius ecclesiæ, cum parte, quam habet com patronus in alia, ut quod iuris est de toto & c. & hoc uoluit præalleg. gl. in fi. quam no. Et pro his omnibus facit iste tex. in secunda parte.

- 7 ¶ **Et aduerte**, quia in pmutatione nō requiritur consensus epi, licet secus sit in donatione siēda in seculari psona, & p hoc. c. j. c. xi. lib. 6. & uide hic bonam glo. in uerbo, relicti, quā no. & satis facit iste tex. in argumentū in secunda parte iuncta gl. in uerbo, libere.
- 8 ¶ **Patronus pōt hodie pntare. nedū plures successiue** sed et simul: optio tñ eligendi unū ex illis datur epi, nec pōt patronus magis instare pro uno, q. pro alio, ut de tex. singularē, iuncta gl. in uer. Presentare, & hoc intellige in patrono laico, uel in clerico presentate iure patrimonij: secus, si presentatur ratione ecclesiæ. tunc. n. non admittitur in eo talis uariatio, uide hic gl. præal. in fi. iuncto tex. in c. cum autem, c. ci.
- 9 ¶ **Potest patronus plures presentare alternatiue**, licet electio alternatiue fieri non possit, ut in c. 2. de elec. lib. 6. uide gl. hic in uer. presentare.
- 10 ¶ **Dictio, plures licet ad minus comprehendat duos**, ut in regula, pluralis, de cura, lib. 6. pōt tamen comprehendere, quocūque, in quibus sit eadem ratio, ut notanter hic dicit gl. in uer. plures, tam in prin. c. q. in fine. de ditione plurium uide bonum tex. in c. Christiano. 3. 4. distin. comprehendit enim ex proprio significato ultra duos & c. dic ut ibi.

De censu. procura. & exa. Rubr.

V m sit.] Constitutio noua loquēs de religiosis nō uēdicat sibi locū i aliis, supple, licet sit eadē rō: * q. ats nō foret dubiū, uide hic gl. in uer. religiosi, quam nota: sed uide tu gl. & qd ibi dixi in cle. j. de rescrip.

2 ¶ **Qui ex parte tenetur ad iura epalia**, tenetur et ad procuratoriam, uide hic tex. in ar. iuncta gl. in uer. epalia: sed uide tex. in c. conuerente, de off. ord.

3 ¶ **No. q. conciliū Viennen.** in quo fuerunt editæ plurimæ ex istis clemētis, non durauit nisi per sex menses, & parum ultra; uide hic gl. in uer. impostorum.

4 ¶ **Potest Papa priuilegiū ecclesiis concessum tollere**, seu decurtare, ut hic in fi. iuncta glo. fin. uide tamen, quod legitur & not. in c. nulli, de senten. excom.

5 ¶ **Ad nostrum.] Non ualet cōpositio**, per quam tollitur procuratio debita uisitati. sicut. n. uisitatio per compositionem tolli non potest, ita nec ipsa procuratio uisitati annexa, arg. in c. cum ex officij, de rescrip. Sed cōpositio facta super modo procurandi uel numero procurandorum bene ualet, & hoc modo potest intelligi tex. iste. hoc uoluit gl. notabilis hic super uerbo, compositiones, quam no.

6 ¶ **Boni pastoris est tondere pecus**, nō de glubere, hoc rescripsit quidam sapientis simus iherus, suadentibus præsidibus prouincias onerari tributo, uide hic glo. supradictam. In contrarium tamen facit tex. iuncta gl. in ca pitulo constitutionem, de regula libro 6. glossa tamen in clementina ne in agro, de statu regula. facit pro & contra.

* *Italicorum proverbio.* 3 **¶** Pro Italicorum proverbio* uide hic glo. in uer. gratiose, quæ dicit non respiciendum dentem equi donati, & facit quod in simili habetur in l. ad res donatas, ff. de ædificatio. li. edicto.

4 **¶** Appellatione fragmentorum non ueniunt ea, quæ integra remanserunt in mensa. dicta enim fragmenta à frango, frangis, & sic comprehendit ea, quæ fracta sunt, uide hic bonam glo. in uerbo, fragmenta.

5 **¶** Prælati procuracionem recipiens ex debito potest pauperibus erogare fragmenta, quæ in mensa propria, & familiarium suorum colliguntur. Si autem procurator gratiosè, quia non declinat ad locum pro uisitacionis officio exercendo, est dubium, nunquid hoc idè possit glo. tamen sub dubio, fortè, uideur tenere, quod id sit, quod in præcedenti casu, quasi fragmenta ipsa uideantur esse largita; hoc uoluit glo. notabilis hic super uerbo, fragmenta. Ex quo uidetur idem dicendum in priuatis familiariter & gratiosè receptis ex identitate rationis. Sed ego dubito tam in prælati, quæ in priuatis: quia recipiens gratiosè ad prandium uidetur uelle solum sponare, quod recepti consumere possunt per se; Non autem omnia, quæ apponunt ante eos, cum plura soleant causa honoris apponi, quæ sint necessaria ad comestionem. vnde dicitur uidetur, quod inuitatus seu gratiosè receptus possit dare pauperibus fragmenta, quæ supersunt, cum uxor, quæ uidetur domina domus, non possit dare elemosynam de rebus mariti, inuito marito, ut no. hic in c. admonere. 3. q. 2.

6 **¶** Prælati.] Verbum, iubeo, est præceptiuum, & obli-gat ex præcepto, uide glo. hic in uerbo, iubeamus. Et per consequens infertur, quod prælati non obseruantes huius clementinæ dispositionem peccant mortaliter ut in c. quod dicitur. 1. q. 1. iuncto cap. ij. de ma. io. & obediens.

7 **¶** Etiam laici soluere non debent uectigalia pro rebus quas ad usum proprium deferunt, ut l. vniuersi, C. de uectig. & comi. & uide glo. in uerbo, propriis: dic tamen, quod in fauorem laicorum non sunt pœnæ hic adiectæ, & in c. quaquam, de cens. lib. 6. prodita, sed in fauorem clericorum, & ecclesiarum tantum, ut hic, & in d. c. quaquam, & multos alios casus, in quibus uectigalia non soluantur, uide per not. in l. iij. ff. de publi. ad quam glo. hic se remittit.

8 **¶** Ecclesia & clerici tenentur soluere uectigalia pro rebus, quas deferunt seu deferri faciunt causa negotiandi, uidetur hic tex. à contrario, & in c. quaquam de cen. si. lib. 6. & bonâ glo. hic in uerbo, non negotiandi; uide tamen per Fed. de Sen. in opere consiliorum suorum.

9 **¶** Si inter clericum deferentem propria, uel ecclesie, & leuatorem pedagij est contentio, ut quia iste negat eum clericum, uel dicit res deferri negotiacionis causa, quia graue esset iudicem semper adire pro fide huius rei faciendâ, debet huius contentio committi iuramento deferentium, uel suorum nunciatorum, si qualitas personarum non dissuadeat, uel nisi de contrario fides habeatur in prout; facit. c. de iure iur. & quod me. cau. c. ult. & quod ad personam uidetur sufficere, si sit in habitu, & tonsura clericali, per decret. si iudex, de sent. excom. lib. 6. hoc uult glo. not. hic in uer. Non negotiandi. Ex prædictis nota singulariter casum in quo ita-

tur iuramento partis absque alia probatione, & hoc propter difficultatem probandi.

10 **¶** Recipientes uectigalia à clericis sponte soluentibus non incidunt in pœnas, de quibus hic in cap. quaquam, eodem tit. lib. 6. per tex. ibi, exigunt, uel extorquent; & hoc uoluit hic glo. in uerbo, extorquent.

11 **¶** Quod forsan tota Italia interdicta est, quia in ipsis ciuitatibus exigunt uectigalia à clericis, & ecclesiis contra dispositionem istius cle. & d. c. quaquam, eodem tit. 6. hoc uoluit glo. hic in uerbo, interdicti, quam singulariter not.

12 **¶** Et per consequens etiam infero, quod omnes clerici palam celebrantes in dictis ciuitatibus sic interdictis sunt irregulares per c. is qui, de sent. excom. lib. 6.

13 **¶** Non debet iudex quem declarare incidisse in pœnam constitutionis, illo prius non uocaco, ut scilicet habeat facultatem se defendendi, si uellet negare se in pœnam incidisse, uide hic tex. iuncta glo. in uer. confiterit, & consimilis glo. est in clem. ij. de pœnis, in uer. confiterit. & scias, quod licet alias à pœna. l. licitum non sit appellare, ut in cap. quia de appell. tamen à sententia iudicis declarante quem incidisse in pœnam legis appellari potest: quia illa est sententia hominis, & non legis, ut dicit glo. no. in c. cupientes, §. q. si per 20. de elec. lib. 6. Et quod requiratur declaratio ante, quod fiat legis executio, est tex. not. in c. cum fm leges, de hære. lib. 6. & per Bar. in l. euis delatorem, ff. de iur. fis. hæc puto uera, nisi constare possit iudici, saltem præsumptione legitima illum incidisse in pœnam; ut puta quia citatus sub pœna, ut compareat certa die, non comparuit. nam præsumitur contumax; & ilicò poterit iudex eo non comparente in termino declarare illum contumacem, & pœna contumaciæ afficere absque alia citatione, licet ipse possit se defendendo allegare causam probabilem, quare comparere non potuit. hæc probantur in c. certum. 1. q. 3. & in c. j. de iud. & c. querelam, de procu. & optime facit quod not. Bar. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de dâ. inf. ubi dicit non ualuisse punitionem contumaciæ per iudicem factam: quia in actis non constabat illum fuisse citatum, cum nuncius nondum fecisset relationem. Nâ dicitur contumax uerus, qui apprehensus per citationem in termino præfixo non comparuit, ut notat in cle. vnica, de dolo & contu. in glo. ubi plenè dixi.

14 **¶** Et ex quo in actis non apparet de comparitione, præsumitur non facta iuxta ea, quæ leguntur & not. in c. quoniam contra, de proba.

15 **¶** Et id, quod constat ex actis, dicitur notorium, ut in cap. cum olim, de uerb. sign. facit. l. penul. C. de senten. quæ sine certa quantitate facit ad prædicta. cap. olim, de re iud. cum ibi not. & quod not. Bar. in l. j. ff. si cerpet. & hæc not.

16 **¶** Etiam non conquerente eo, qui exactus soluit uectigal, potest superior uocato exactore procedere ad declarationem pœnarum hic contentarum, uide glo. hic in uer. confiterit.

17 **¶** Vbicunq; quis tenetur aliquid restituere, non sufficit cauere de restituendo, uide hic glo. in uer. restituere.

* *A clericis. Clerici enim non tenentur sol uere uectigal, ut hic, & habetur Esd. li. i. c. 7. uer. uobis; notum facimus de uis uersis Sacerdotibus, & Leuitis, cantori bus, & ianitoribus, nathineis, & ministris domus Dei hu ius, ut uectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.*

De celebratione missarum. Rubr.

1 **¶** Rau.] Quod clerici beneficiati non obligantur ad horas canonicas, arg. hic in uer. ecclesiarum ministri, & uide hic glo. in uer. ministri; quod intellige de constitutis in minoribus ordinibus, de quo plenè. §. in c. j. de celeb. miss.

2 **¶** Missa non est de septem horis canonicis, quæ ex necessitate per clericos psalli, seu dici debent quolibet die, ut in c. j. cum ibi no. de cele. miss. quod patet ex eo, quia et episcopi de honestate inuitantur ad illas dicendas, uel audiendas, de priuic. c. fi. lib. 6. hoc ponit glo. hic in uer. canonicas, quam singulariter no. præsertim ad intellectum præall. c. fi. ut de honestate, non aut de necessitate teneatur episcopus quolibet die missam audire, uel dicere, & p. q. n. non peccat episcopus quolibet die missam non audiendo; ad hoc quod habet. 4. dist. §. hæc & si legibus, & per Inn. in c. j. de uita & ho. cle. nisi ex contemptu hoc faceret; ad glo. not. in c. q. aut. 10. dist. quæ dicit non seruare. l. ex consilio loquente non peccare, nisi hoc facit ex contemptu, quod no. fortius ergo idem dicendum in prælati inferioribus, ut non peccent missam non audiendo quolibet die.

3 **¶** Et quaquam missa non sit de horis canonicis: solet tamen pro missis, ut pro horis canonicis distributiones infici tui, ut no. in præal. gl. hic alle. j. de reli. & ue. san. cle. j.

4 **¶** Secundum Pythagoram duorum temporum cura habenda est, scilicet mane, & uespere in eorum, quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus, no. hic gl. præall. in uer. canonicas, in fine.

5 **¶** De omni uerbo ociofo reddituri sumus in die iudicij rationem, uide hic glo. in uer. uana, tex. est no. Hiero. in c. pen. 22. q. ult. quem uide, quia etiam pulchra alia dicit.

6 **¶** Rationabilis causa exeundi chorum ante finem officij est, si spiritus esset nimis fatigatus, & recreationis causa.

7 **¶** Item si infirmitas, uel iusta occupatio superueniret, uide hic tex. iuncta glo. in uer. rationabili, quam no. iuncto tex. & uide latius no. in c. dolentes, c. ti.

8 **¶** Etiam laici missas audientes ante finem & benedictionem sacerdotis exire non debent, de cõse. dist. 1. missas, no. hic glo. in uer. exeundo; quod intellige, quæ ex precepto missa audire, ut puta diebus dominicis, uel solèmbus & ita loquitur dicti. c. missas, c. si seq. alias secus: quia cum tunc omitendo non peccat, fortius idè dicendum, si exit ante finem, ut no. in c. q. 10. dist. Seneca ad Lucillu epistola. 18. festiuis maxime diebus animo imperandum est, ut tunc à uoluptatibus solus abstineat, cum in illis ois turba procubnerit, uide hic glo. in uer. uigiliis.

9 **¶** Chorea dicitur à choro: quia chorizantes in suis ludicris cãtilenis, & saltibus, quodammodo tenent chorum, uide hic glo. in uer. choreas.

10 **¶** Vasa, uestimenta, & cetera ornamenta ad diuinum cultum necessaria non debent esse nimis uilis precij, seu æstimationis, sed decetia pœsatis ecclesiarum facultatibus, uide hic tex. in §. in multis, iuncta glo. i. uer. indecètib.

11 **¶** De iurisdictione minorum prælatorum diocessani non

se intromittit, nisi in casu negligentie, & sic non cõcurrat cum illis, uide hic bonu tex. in §. ne igitur, iuncta glo. no. in uer. inualefcãt, quâ diligenter no. & uide quod no. in c. quanto, & c. ut ab ecclesiis, de off. ord.

12 **¶** In ecclesiis cathedralibus & collegiatis debet debitis horis pulsari, & psalli horæ canonicæ. In aliis autem ecclesiis non collegiatis debet conuenienter & debite celebrari officium diuinum diurnum pariter & nocturnum, quasi dicere uelit, quod in ecclesiis non est opus, quod officium cantetur, sed quod debite alias dicatur; uide ad præd. hic tex. in uer. ne igitur, iuncta glo. in uer. in aliis.

13 **¶** Ignun.] Appellatione pontificum non ueniunt electi in episcopi & confirmati, nisi et sint consecrati, et in concessione priuilegiarum, uide hic tex. iuncta glo. no. in uer. Pontificum prium uide et sentire in cle. de fo. comp. in uer. episcopi dicit concordando, ut dixi.

14 **¶** Religiosi domestici, commensales cardinalium, & episcoporum licet ualeant ipsis cardinalibus, & episcopis in diuinis officiis se coaptare, non tamen in aliis intellige contra eorum regulam, uide hic text. iuncta glo. in uer. officiis.

15 **¶** Religiosus prælatus ecclesie secularis debet illam regere sicut officium clericale, non autem monachale, & sic coapat se in diuinis officiis illi ecclesie, ad quam translatus est; uide hic bonam glo. in uer. licite, quæ allegat multas alias concordantias. & optime pro hoc dicto facit ratio. cap. illa. 12. dist. ad quilibet ecclesiam accesseris, eius consuetudinem serua, si non uis esse cuiquam scandalum, nec quenquam tibi, ut ibi latius habetur.

16 **¶** Clericus domesticus commensalis alicuius prælati non potest in diuinis officiis se illi coaptare; fallit fauore cardinalium, & episcoporum, cum ex speciali indulgentia hoc illis concedatur: secus ergo de iure communi, ut hic in fi. literæ iuncta glo. in uer. indulgemus. priuilegium autem uni concessum non debet ad alias personas trahi, ut in c. sanæ, de priuile. & c. petistri. 7. q. 1.

De baptif. & eius effectu. Rubr.

1 **¶** Prælati.] Aula dicitur sala, uel spaciosum habitaculū cõiter quatuor habens alas, uide hic glo. in uer. aulis, quod no. ad statuta.

2 **¶** Quis dicitur princeps? maximè in priuilegio principibus tributo, & vnde dicitur, uide hic glo. no. & satis plenam in uer. regnum, quæ in effectu dicit quatuor. primò, quod potest sumi largè, & tunc ponitur pro quolibet habete dñu, seu dñatione populi, & sic quilibet habet aliquam baroniã potest dici princeps, & phat hoc ex etymologia uocabuli. dñ. n. princeps à præ & capio, quasi primum capiēs locū, seu dignitatē, ut probat in fi. in c. quauis, de uer. sig. ubi dñ, quod largè sicut etymologiam uocabuli quilibet, qui præest, potest dici prepositus, &c. ut ibi.

3 **¶** Hinc est quod Deus appellatur princeps. Esaiæ 9. ubi Deus

* *Dicatur princeps. De principibus & regibus sic ait Aug. lib. 3. ad Chryso. in hoc seruiunt reges do. si in regno sua bona subeat & mala prohibeant non solum quæ petiunt ad societatem humanam, sed quæ ad religionem diuinam.*

Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Interdum angelus de se dicitur Iosue p. ego sum princeps exercitus; interdum Papa, de consecratione distinctione j. corpora. Interdum episcopi, de ma. & obe. si quis uel alii iudices ecclesiastici. xvij. q. iij. diffiniuit. Item Imperator de re iudi. ad apostolicam, in prin. Item alius principans populo, de ma. & obe. omnes principes. Item apes & grues dicuntur habere principem. 7. q. 1. in apibus. Secundo principaliter potest sumi stricte, prout est principatus quaedam dignitas secularis; sic uocata ut principatus Archaitae Salerni, & Tarenti, & his si. & sic sumitur in c. fundamenta. §. ut ergo, de elec. lib. vj. loquens enim de Imperatore, rege & principe submitit de marchione, duce, comite, barone, uel alio nobili potentatu per quod uidetur ex ordine literae, q. princeps maior sit predictis marchione, duce, & similibus. & no. ex hac parte glo. q. ualeat ar. ab ordine literae, q. primo nominatus censeatur dignior, & uide aliam bonam glo. in c. quorundam, de elec. lib. vi. & ex illa litera sumpto hoc ar. potest notari, q. marchio sit dignior duce, cum nominetur ante duces. sed tu uide tex. in li. feu. in ti. quis dicatur dux, marchio, comes, capitaneus, uel uasallus; ibi tam in rubro, quam in nigro praepositur marchioni dux, & ibi habetur qui dicantur tales, & per glo. in d. c. fundamenta, in uerbo, marchio, & uide etiam ibi glo. in uer. princeps; & in hoc cogita.

Redeo ad glo. istam, quae tertio principaliter dicit, q. potest sumi principatus nec ita large, nec ita stricte, ut supra pro notabili potentatu, merito comparando regiae dignitati; facit praerog. decre. fundamenta, in fi. & hoc modo putat glo. nostra capi. in isto tex. quasi dicat non esse uerisimile, q. capiatur hic ita large, ut ueniat quilibet habens aliquam baroniam, cum nimis laxaretur haec litera, nec uidetur de ipsius intentione, cu post reges submitit de principibus; unde uerisimile est, q. uoluit comprehendere magnos principes regibus fore aequiparandos. nec etiam est uerisimile, q. uoluerit stricte intelligere, ut solum comprehendat habentes dignitatem principatus, ut sic excludantur alij magni duces, marchiones, & comites, qui merito ex magno potentatu possunt principibus aequiparari habuit ergo tex. respectum ad magnum potentatum; & ex his habes hanc glo. declaratam usque ad uer. tyrannos. Ex qua singulariter no. q. in privilegio contra ius concessio. non capiuntur uerba ita stricte, ut capi possunt, sed debet ex probabilibus coniecturis considerari tacita mens disponentis; & idem ego puto in statutis & similibus dispositionibus, ar. huius literae iuncta glof. quam singulariter nota.

Quarto hic glo. quaerit, an principes tyranni includantur in dispositione huius ele. & singulariter dicit, q. non; quia tales non merentur dici principes nam, ut habetur Isaia. xij. principes ea, quae sunt digna principe, cogitat, ut ait Grego. tyrannus est, qui in republica non iure principatur. Et philosophus. v. politicorum, cum princeps tendat ad bonum commune, tyrannus ad proprium. ergo non est princeps, & haec singulariter not. quia faciunt ad multa. & plenissime de tyranno uide p. Bar. in tractatu de tyranno. Quanquam appellatione liberorum ueniant filij, nepotes,

* Nepotes. Adde quod appellatione liberorum in contractibus non ueniunt nepotes

& descendentes ab eis, ut l. liberorum. ff. de uer. sig. appellatione tñ filioru regulariter nō cōprehendunt nepotes, ita no. dicit hic glo.

in uer. liberis; alleg. insi. qui da. tu. pos. in fi. & no. in hoc ultimo gl. & idē no. glo. iuris ciuili in l. filij. ff. de uer. sig. sed de materia uide tu latius p. Bar. in l. liberoru, pal. dicit tñ glo. praerale. q. casualiter cōprehendunt nepotes, intelligendo tā descendentes ex filiis masculis. ff. de sena. l. liberos, & de pœnis c. ubicunq; lib. vi. quod no. An aut appellatione filiorum ueniant filij seu nepotes ex filiis naturales, nō legitimi, glo. praerale. disputat; & tandem uidetur per iura allegata pro & contra ponere hanc theoriam, q. quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum: sed quo ad commodum liberorum, uel honores non per. l. cum legitime, & quod ibi no. ff. de sta. ho. & no. bene hanc glo. & uide ad materiam, quod no. Bar. in l. puinciales. ff. de uer. sig. & l. f. c. de indiuidui. & quod dixi in c. fi. de pœnis.

quia in his sit stricte interpretatio contra contrahentem, ut per Bar. in l. liberorum. ff. de uer. sig. in. iij. col. ante fi. uer. quero quid. Et uide oīno per Alexan. in d. l. liberoru, & in l. quod dicitur, de uer. ob. in uli. charta.

De reli. & uenera. sanct. Rub.

S I dominum.] Vrbano pa. iij. natione Gallicus regnum Siciliae contra Manfredū contulit Carolo fratri regis Franciae, ut patet in chronicis, ita no. hic glo. in uer. Vrbano. & dic. quod potuit hoc ex iusta causa facere, cum sit de patrimonio beati Petri, ut in c. ad apostolicam. de reg. iur. lib. vj.

* Multa in sacramenta corporis, & sanguinis Christi mirabilia denotantur.

* Primò. n. denotatur mirabilis pductio: quia de celo nobis productum est, & ad uocem sacerdotis aperiuuntur caeli & c. de conse. di. ij. quod est sanguis.

* Secundò notatur mirabilis duplicatio: quia quotidie conficitur, nec consumitur, de conse. di. ij. in Christo semel, & c. qui manducant. ij.

* Tertio denotatur mirabilis ministratio: quia quo ad effectum ita per malos, sicut p bonos ministratur. i. q. i. inter catholicam, & c. sequen. usque ad §. sed obicitur, de conse. distin. ij. utrum.

* Ministratur. Unde August. in lib. de doctrina christiana, in tra catholicam ecclesiam in ministerium corporis et sanguinis domini, nil a bono maius, a malo minus perficitur sacerdote. Itē Greg. & herede. i. q. i. c. non nocet. Nō nocet malicia episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiae consecrationem. Quia batisma a Deo datur, non ab homine uenit. Sic & eucharistia, & oīa, quaecunq; in alari ponuntur, nō ab hoīe, sed a Deo sanctificationem accipiunt.

* Quarto notatur mirabilis confortatio: quia fultit animae nostrae substantiam, & quotidie accipiendus est iste panis, ut quotidie proficit, de conse. distin. ij. non iste panis, & qui de eo manducatur in aeternum non deficit, ea distinctio. Christus panis, & qui contemnit uel negligit hunc panem sumere, debilitatur, & cadit a uirtutibus, de conse. distin. ij. si quod & c. si quis intrat.

* Quintò denotatur mirabilis mundicia: quia nisi digne, & a dignis sumatur, propinat mortis iudicium, de. consecra. distin. ij. qui scelerate, & c. timorem, & cum bucella, quam Christus dedit Iudae, introiuit diabolus in eum

eum, de consecra. distin. secunda. esca.

* Sexto no. mirabilis translatio. quia etiam prece iniusti fit transubstantiatio, uirtute. s. uerbi, non merito sacerdotis. j. q. j. cum scriptura.

* Septimo no. mirabilis transmissio: quia transmittitur etiam ad defunctos non summe malos, nec summe bonos. 1. 2. q. 2. non aestimemus, & c. animae. quaedam alia miranda ex subsequenti collige. haec post theologos ponit hic no. glo. in uer. mirabile, quae etiam ponit figuras horum mirabilium. narrat Seneca lib. 1. de beneficijs, quod cum Socrati ceteri discipuli pulchra offerrent dona, Eschires pauper eius discipulus seipsum solum obtulit dicens, ceteri autem pauca dederunt, quia meliora retinuerunt & c. ut ibi pulchre habetur, & uide hic glof. in uer. datore; & facit ad propositum huius text. in uerbo, singularis, & admiranda liberalitas, ubi donator uenit in donum, & datum est idem positus cum datore, quam larga & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum & c. quem text. no.

* Quod idem opus meritorium laudabilius est in uouente, * uel p festo. quam in alio, ita secundum theologos dicit glo. no. hic in uer. seipsum.

* Ex quo inferitur, quod is, qui nouit ieiunare puta die ueneris magis meretur, quam is, qui i tali die ieiunat sine uoto. Item quod profusus seruando continentia m laudabilior est, quam is, qui illam sine uoto seruat, & sic de similibus. Et hac conclusionem glo. post theologos probat triplici modo. Primò sic uouere est opus laetitia, quae praecipua uirtus est inter morales, opus autē nobilioris uirtutis est melius & magis meritorium. laetitia autē est cultus, & seruitus, quae soli Deo debetur, de conse. di. 3. uenerabilis.

* Secundò probatur sic. uouens non solum quo ad adum, sed etiam quo ad potestatem subijci se Deo, ut de cetero aliud agere non possit, ergo plus lat, & per consequens magis meretur, probatur per similitudine, qui dat fructum & arborem magis dat, quam qui dat solum fructum. Tertio confirmatur sic per uotum immobiliter uoluntas firmatur in bonum Ad perfectionem autē uirtutis pertinet aliquid agere ex uoluntate firmata in bono, ut patet per philosophum. 2. et. ii. Et August. Felix necessitas, quae ad maiora compellit; ergo magis meritorium; & haec no. Olim antiqui non habuerunt, nisi. x. menses usque ad tempus Iulij Caesaris, & Numa Pompiliij hic mensis Nouembris sic fuit dictus, quia erat nonus mensis inchoando à Marcio, ut inchoabant antiqui, demum distinctio & correctio annorum facta fuit, & secundum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menses in principio anni, s. Ianuarius, & Februarius, & propter horas sex, quae superant, oportuit singulis quattuor annis ad diem bifextilem, de quo dicendum, ut no. in c. q. i. fuit, de uer. sig. & tunc temporis Iulius uocabatur Quintilis, & Augustus, Sextilis, qui postea à Iulio & Augusto denominati fuerunt uel propter ipsorum ortum, uel propter rem prospere gestam. haec glof. no. hic in uer. Certam diem, quam bene no.

* Nullum animal ita odorem hominis sentit, sicut an-

ser. unde Isidorus * etymologiaru, * unde Isidorus. Hanc Gallorum ascensus in capitolio anferis clangore deprehensus est, & sic Romani dij debent cedere anferibus, a quibus fuerunt defensi, ne ab hostibus caperentur. Italici tamen in festo omnium sanctorum anferes deuorant propter festum, uide hic glof. in uer. omnium sanctorum.

* Si quis afferit habuisse ex releuatione diuina aliquid sibi non creditur, nisi aliter probet, ad hoc. c. cum ex inuncto, de haereti. uide glof. hic in uer. reuelatum, inuncto text.

* Impropriè feria sumitur pro festo, cum omnem diem uocemus feriam uel a fando: quia qualibet die fabatur Deus. Gen. 1. uel quia singulis diebus fari possumus in diuinis, uel humanis, simile de uerbo. signifi. capi. forus, uide hic glof. in uer. Feriam, & quod not. super rub. de ferijs.

* Pentecostes dicitur à pente, quod est quinque, & coste, decem: quia quinque decies dies sunt inter festum resurrectionis, & pentecostes, uide hic in uer. pentecostes.

* Hymni sunt cantica laudis, sicut throni cantica lamentationis, uide hic gl. in uer. hymnos, & per Io. An. in c. non minus, de immu. ec.

* Tubilare idem est, quod cantare uoce quadam confusa praegaudio. unde dicunt quidam, quod iubilus est gaudium, quod uerbis explicari non potest, nec tamen penitus reticere, uide hic gl. in uer. iubilet, & de uerbo. plaudere, uide hic gl. in uerbo, plaudat, quod idem est, quod manus iungere.

* Circa orationem uideas hic gl. sing. & plenam, quae materiam per modum summam tractat ponendo. x. quaestiones. Prima, quid sit oratio * secunda, unde dicatur, tertia, quae sit eius diuisio, quarta qualiter sit porrigenda, quinta, a quo sexta, ad quae septima, ad quid octaua, qualiter, nona, ubi decima quis sit eius effectus. Et per ordinem poteris hic uidere formaliter in glof. Colligam tamen quaedam dicta, quae mihi inter cetera notanda uidebantur.

* Et primo no. ex ea post theologos, quod sancti orationes nostras cognoscunt: quia unusquisque beatus tantum in essentia Dei uidet, quantum perfectio beatitudinis requirit hoc autem requiritur ad perfectionem beatitudinis, ut homo habeat, quicquid uelit, nec uelit aliquid inordinatum. sed recta uoluntate qualibet cognoscere si uult, quae ad eum pertinent; ergo & sancti, cum eis nulla reuerentia deest, hoc uolunt. oportet ergo, quod uota hominum orationes, & defensiones in uerbo cognoscant. nam ad eorum gloriam pertinet, quod auxilium agentibus praebant ad salutem. sic enim Dei cooperatores efficiuntur & si dicatur solus deus est cognitor cordium, de symo. tua, in ficum concordantijs: sed oratio consistit in corde. ergo & c. Respondetur, quod cordium cogitationes solus deus nouit per se ipsum; sed alij tantum cognoscere possunt, quantum eis reuelatur, non alio modo. fatendum ergo, quod orationes, quas ad sanctos uerbo, uel corde dirigimus Deo, manifestè cognoscunt

* Oratio. Qualis debet esse oratio ostendit beatus Ambrosius. li. de officijs, inquiens. Sit oratio pura simplex, dilucida, atque manifesta, plena grauitatis, & ponderis, non affectata elegantia, sed non intermissa grauita.



scunt. hæc gl. præal. sub q. 4. & uide ad materiã tex. Aug. in c. fatendum. 13. q. 2. qui generaliter tractat, an mortui sciant, quæ sunt in hoc seculo.

21 ¶ An exaudiat Deus peccatores orantes, aliqui quod sic. j. q. j. ipsi in contrarium faciunt. c. si quis inquit, uerfi. ad hæc omnia & c. sacrosancta, ea q. Solu. dicit gloss. præal. post Thomam sub quinta quaestione, quod si peccator petit aliquid, in quantum peccator. i. secundum desiderium peccati, non auditur a deo ex misericordia, sed quæ que à Deo exauditur ad uindictam, ut permittatur magis irruere in peccatum. unde secundum Aug. deus quædam negat propicius, quæ concedit iratus: sed si peccatoris oratio pcedit ex desiderio bonæ naturæ Deus exaudit, non quasi ex iusticia, quia talis non meretur, sed ex pura misericordia, si tamen alia in oratione concurrunt, de quibus infra & in dictis gloss. & sub septima quaestione.

22 ¶ Ex his concludi cautum & expediens, ut semper eligas sacerdotem meliorem & sanctiorem, quia oratio porrigenda est per bene dispositum, contritum, & poenitentem. nam si is qui displicet, ad intercedendum mittitur & c. 3. q. 7. iudicet, & cap. in grauibus, & 48. distin. 5. j. ubi etiam no. an orationes malorum profint his, pro quibus orant, uide etiam quid habetur j. quaestione. j. ipsi sacerdotes.

27. ¶ Propago propaginis est uitis extensa sub terra. Item alicuius progenies, uel profapia. reperitur etiam propago, propagas, quod respicit producentem, & c. uide hic glo. in uer. propagentur.

De homicidio. Rubr.



I furiosus. ¶ Quâdiu quis laborat furore continuo, uel per interualla, pati potest iniuriâ, sed non facere, & q. per eum sit perinde habetur, ac si casu aliquo accidisset sine factu personæ. nec tenetur Aquilia, si damnum dederit: sed est perinde, ac si quadrupes fecisset, uel regula cecidisset, ff. ad l. Aquil. & si quæcunque. & idem dicendum in infante. & reddit lex rationem: quia alterum excusat innocentia consilij, alterum facti infelicitas. satis enim suo furore punitur, ff. ad l. Pompe. de parri. l. pen. sicut ergo furiosus non testatur, C. qui test. fa. post furiosum, nec religionem profitetur. 17. q. 1.

* Gonsaldus. Vbi uide in glo. super uer. resuauit in medio, quâlibet probatur furor, ad quam glo. remittit etiam hic do. Card. in 3. q.

Gonsaldus, nec matrimonium contrahit, de spon. dilectus, nec baptizatur, de hoc. 1. q. r. ecce, nec baptismum recipit, nisi casu, de baptis. maiores; ita nec occidendo irregularitatem incurrit, ut hic hæc omnia colligit hic glo. j. cum suis allegationibus.

2. ¶ Et aduerte, quia de dormiente nihil dicit extra ca-

sum positum in tex. sed ego puto idem in omnibus prædictis infante, & furioso cum ratione equiparationis hic factæ, ar. l. non possunt, ff. de leg. & c. cum dilecta, de cofir. uti. tum quia dormiens dat operam rei licitæ, & in nulla culpa reperitur, cum iniquitati non consenserit: sed tu cogita, quid si iste erat solitus quiescere, nocere dormiendo, & de hoc erat aduifatus, nunquid erat in culpa in eo, q. non aduifatum fecit ignorantem, qui secum uoluit dormire cogita, quia non uidetur sine culpa, arg. eius, quod dicimus in ebrietate, q. si affidua sit, est peccatum mortale. 25. dist. §. alias ea demum, & in eo, qui debet aduifare transcurrentes per uiam, cum aliquid ex alto iactat. 50. dist. c. j.

¶ Si quis fugiendo, seu clamando potest euitare mortem propriam, non euitat irregularitatem, si suum mutilat, seu occidit aggressorem, uide hic tex. iuncta gl. in uer. non ualens. & sic no. casum, in quo tenetur quis fugere, sed euitandum irregularitatem, quæ contrahitur sepe sine culpa, & ex merito, ut in iudice, 5. 1. dist. c. j. Sed an ad euitandum poenam tenetur fugere, si possit, uariæ fuerunt opin. de quibus in l. j. C. unde ut, & ibi tenet Bar. q. non tenetur fugere, ibi uide, quod dixi in c. olim, el. j. de ressi. spol.

¶ Mutilatio quo ad irregularitatem contrahendam equiparatur homicidio, & est tex. hic iuncta glo. in uer. mutilet, & 55. dist. si euangelica. & dic, q. mutilatio est detruncatio alicuius membri iuxta ea, quæ dixi in c. qui cle. uel uo. & ibi no. quid si membrum est debilitatum, sed non detritatum? & multi concludunt, q. tunc non contrahitur irregularitas. & facit pro hac opin. 1. q. 1. sic ut urgeri, & q. no. Inn. in c. ad audientiam, de ho. ubi no. & dicit, q. in dubio debemus euitare irregularitatem.

¶ Si dubitatur, an quis alium occiderit ad sui defensionem, non debet stari in foro contentioso di-
* Si dubitatur. Vide hic per do. Card. de hoc per do. Card. in 27. q. melius hanc sententiam occurrere iudicari oportet non decidentem.

¶ Occidens aliquem ad defensionem filij, fratris, seu alterius cuiuscunque, etiam pro uita illius saluanda, quæ aliter saluari non potest, efficitur irregularis. euitatur. n. irregularitas solum, quando occidit ad sui defensionem, mortem aliter uitare non ualens; uide hic tex. iuncta glo. in uerbo, suum. euitatur tamen in primo casu excommunicatione: quia non præcedit in illo diabolica suasio, quæ requiritur ad excommunicationem. cap. si quis suadente, incurrendam, sed irregularitas causatur sine culpa etiam ex merito, ut in iudice, & hoc uoluit hic glo. præal. quam no.

¶ Pro defensione propria potest quis etiam sine metu irregularitatis suam aggressorem occidere, uel mutilare, nedom tenendo enssem, seu gladium contra aggressorem, sed etiam uibrando contra illum, uide hic glo. fia. quam tene menti.

De usuris.

De usuris. Rub.



X graui. ¶ Quamquam recipiens pecuniam mutuo sit naturaliter obligatus mutuanti ad reddenda, & sic ad mutuandum aliam similem quantitatem illi mutuanti, non tamen potest hoc deduci in pactum. est enim usura: quia mutuans nullam spem debet habere alicuius lucri, de usu. consuluit. nec ualere statum hoc dictans, etiam si disponeret ut repetens usuras in foro ecclesiastico teneatur tantam quantitatem mutuare ipsi mutuanti, uide hic glo. in uer. onera.

¶ Constitutio iuris antiqui declaratoria non extenditur ad præterita quo ad poenam, quæ de nouo imponitur, sed solum ad futura, uide glo. in uer. de cætero, per docto. in c. cum in eo. ti. & in c. si. de constituto.

¶ Statutum disponens, q. nemo recipiat ultra duos denarios pro libra in mense, non uidetur concedere & permittere, q. in illa uel minori quantitate possit fieri exactio, & per consequens statuentes non incidunt in excōicatione hic cōtentã, uide hic glo. in uer. de cætero.

¶ Ex qua glo. no. singl. q. ex statuto non sumitur ar. ad contrario sensu contra dispositionem iuris communis, de quo uide no. in c. publicato, de elec. in authen. cass. C. de sacrosan. eccle.

¶ Quod per ista uerba, sciam excōicationis incurrat, fert excōicatio incontinenti sine tps interuallo in contrahentes, uide hic glo. in uer. incurrant.

¶ Appellatione codicis uenit quilibet liber, licet sit speciale nomen cuiusdam libri iuris ciuilibis, uide hic glo. in uer. codices.

¶ Qualiter aut petatur rationis editio, uide hic bonam glo. super uer. rationum. ex qua collige hanc distinctionem, q. ut petitur ab eo, qui illas conficit rone publici officij, aut tanquam priuatis primo casu petitur per editum de edendo. l. si quis ex argentarijs. ff. eden. cum materia

¶ Ex qua not. q. prouisio concepta contra usurarios extenditur etiam ad hæredes, si materia est eis pariter proportionabilis. ¶ Si usurarius, uel hæres dicat, se non habere librum, uel perdidisse, suæ assertioni etiam cum iuramento non creditur: sed oportet, q. probet amissionem: hæredi tamen bonæ uitæ fama committante statum cum iuramento, uide hic glo. in uerbo, compellendos, & no. eam, quia facit ad multa similia.

¶ Hæreticus est non solum de articulis fidei, uel sacramentis ecclesiæ male sentiens, de hæreti. ad abolendam, in principio, sed et q. puerum hæt dogma, uel falsas seu nouas opi. gignit, uel seqt. 2. q. 2. inter hæresim; & uide de hoc tex. hic in si. iuncta gl. in uer. hæreticū; q. no. nã dicēs usurã non esse pētū, nō p hoc aliqd simitri sentit q. articulos fidei, uel sacramenta ecclesiæ. sed est q. doctrinã ecclesiæ. eo. ti. c. iij. & c. cū tu, in fi. & tñ iudicat hæreticus, ut hic.

¶ Et gualiter q. dicant hæretici stricte, uel large, uide plenè p glo. in §. quia uero. xxiiij. q. iij.

¶ Iudei afferentes usurã non esse pētū, non ex hoc incidunt in heresim, ut sic possint per ecclesiã puniri: quia heresis sonat in diuisione: sed Iudei nunq. fuerunt in unitate ecclesiæ. nã & ipsi peccant directe in articulis fidei; & tamē quia tolerantur ab ecclesiã, non ex hoc puniuntur. ¶ Ex quo no. q. crimen hæresis non p. p. r. cadit in Iudeos, seu paganos; si tñ talia dogmatizarent inter Christianos, possent per ecclesiã compesci, sicut coercerentur in casibus no. in c. Iudæi, de Iud. hæc uoluit hic gl. præalle. in uerbo, hæreticum, in si. quam no.

¶ iste rex loquatur in casu præcedenti, & sic ponat casum specialem, ut colligitur ex §. cæterum in uerbo, si occulte inuent & dolose & c. quam no.

¶ Libris usurariorum creditor, quatenus faciunt contra eos, non autem pro eis. C. de probat. & l. instrumenta exemplo, & l. rationes; hoc uoluit hic glo. in uerbo, rationum, in fine & per iura, quæ allegat, idē dic in omnibus alijs libris priuatis; uide quod le. & not. in l. procul. ff. de pos. & per Bar. in l. Aurelius. §. idem quæstij. ff. de libe. le.

¶ An usurarius potest præcise compelli ad librum rationum edendum, glo. hic in uerbo, censurã, concludit, q. non uult enim, q. solum possit compelli ipse, uel hæres per censuram ecclesiasticam, non ut uiolenter intretur in domum suã, uel frãgatur eius archa. Ego dubito, an hoc sit uerũ. nã ex quo tenet edere ex æq. tate hic posita, u. q. quibusq; modis a. s. licitis possit fieri cõpulsio, ar. eorũ, q. no. glo. in c. tuã, ut lite non cõte. de censu. ra aut tex. hic fecit mentionē quia excōicatio est microepalis, & nulla in ecclesiã est pœna maior. xv. q. ij. uisus, & in c. corripiantur. nã ubi ecclesiã exercet censuram, sum datur in illa iurisdicctio ecclesiastica iuxta no. in c. cum sit generale, ubi dixi, de foro compe.

¶ Etiam Iudæus si per usuris cõuentus potest ad edendum librum rationũ cõpelli per censurã indirecte, ar. eo. ti. post miserabilem; uide hic glo. palle. super uerbo, censuram, ex quo no. q. ubicunq; materia est proportionabilis tam Christianis, q. Iudæis, licet in dispositione nulla fiat expressa mentio de Iudæis, nihilominus extendit ad Iudæos, licet cõpulsio fieri mandetur per censurã ecclesiasticã; quia quo ad Iudæos exercet indirecte, ut satis not. colligitur, ex hoc tex. iuncta glo. præalle. quod no.

¶ Prouisio ista de libris edendis contra usurarios extenditur etiam ad ipsorum hæredes; uide hic glo. super uerbo, ipsos.

¶ Ex qua not. q. prouisio concepta contra usurarios extenditur etiam ad hæredes, si materia est eis pariter proportionabilis.

¶ Si usurarius, uel hæres dicat, se non habere librum, uel perdidisse, suæ assertioni etiam cum iuramento non creditur: sed oportet, q. probet amissionem: hæredi tamen bonæ uitæ fama committante statum cum iuramento, uide hic glo. in uerbo, compellendos, & no. eam, quia facit ad multa similia.

¶ Hæreticus est non solum de articulis fidei, uel sacramentis ecclesiæ male sentiens, de hæreti. ad abolendam, in principio, sed et q. puerum hæt dogma, uel falsas seu nouas opi. gignit, uel seqt. 2. q. 2. inter hæresim; & uide de hoc tex. hic in si. iuncta gl. in uer. hæreticū; q. no. nã dicēs usurã non esse pētū, nō p hoc aliqd simitri sentit q. articulos fidei, uel sacramenta ecclesiæ. sed est q. doctrinã ecclesiæ. eo. ti. c. iij. & c. cū tu, in fi. & tñ iudicat hæreticus, ut hic.

¶ Et gualiter q. dicant hæretici stricte, uel large, uide plenè p glo. in §. quia uero. xxiiij. q. iij.

¶ Iudei afferentes usurã non esse pētū, non ex hoc incidunt in heresim, ut sic possint per ecclesiã puniri: quia heresis sonat in diuisione: sed Iudei nunq. fuerunt in unitate ecclesiæ. nã & ipsi peccant directe in articulis fidei; & tamē quia tolerantur ab ecclesiã, non ex hoc puniuntur. ¶ Ex quo no. q. crimen hæresis non p. p. r. cadit in Iudæos, seu paganos; si tñ talia dogmatizarent inter Christianos, possent per ecclesiã compesci, sicut coercerentur in casibus no. in c. Iudæi, de Iud. hæc uoluit hic gl. præalle. in uerbo, hæreticum, in si. quam no.

De excessione praelatorum. Rubr.



Requens.] Nota, qd co- stitutio facies mētionē de epis, & superioribus, appellatione superiorū, cōprehēdit archiepos, & patriarchas, hoc uoluit hic gl. in uer. superiores, quā no. Ex qua ego infero duo, quatenus non facit mentionem de cardinalibus. qd aut gl. sentit, qd cardinales nō sint superiores epis, qd clarius uoluit gl. 2. q. 7. quāquā, quā dicit patere p illum tex. qd quilibet eps sit maior presbytero cardinali, de quo tñ dīcendum, ut not. Host. in c. ecclesia. 2. & p alios do c. de ele. aut gl. uoluit, qd in dīspōsitione restringibili cardinales non comprehenduntur sub generalitate uerborū, sed oportet, qd de eis fiat mentio specialis, & hoc uidetur uelle Io. An. post Io. mo. in c. ad succidendas, de schisma. lib. 6. ubi dicunt, qd per uerba quantūcūq; generalia canonis. pōnam irrogantia non includuntur Cardinales, nisi de eis fiat mētio specialis, licet per talia uerba includantur epi. & narrat ibi Io. mo. sic fuisse in facto obtentum: qd maior est rō. in cardinalibus. qd in epis: qd quanto sunt uiciniores Papæ, tanto minus p̄sumitur pōnam inferri ab ipso. & rō fm eū: qd cardinales uerē sunt patricij scripti in diademate principis, in fti. qui. mo. ius pa. po. fol. §. filius. & sunt pars corporis ipsius. 6. q. 1. si quis. C. ad l. Jul. quisquis, & sunt speciales fratres principis, & plus aliis priuilegiati, de off. leg. officij, lib. 6. & c. qd trāslationē in antiquis; & uide quod not. p Io. An. in c. qd periculofum, de sen. exc. lib. 6. & c. qd translationem, in antiquis; & uide qd no. p Io. An. in c. qd periculofum, de sen. exc. lib. 6. Praelati faciētes capi clericos, seu religiosos exēptos in casibus eis à iure non concessis, & sic iniuriōse, sunt excommunicati, arg. de sen. exc. uniuerſitatis. hoc gl. hic & bene intellecta ad tex. istum relata in uer. capiunt; quod no.

* Archiepiscopus. Adde quid possint archiepiscopi, per do. Fel. in c. pastoralis, in prin. de off. ord. et ibi subtiliter per eundem, uerū propter negligentiam episcoporum deuoluatur in iudicium ad archiepiscopum.

* Voluntatem liberā. Hec tamen uerba, pro libito uoluntatis, nō excludunt beneficiū reductionis ad arbitrium boni uiri, si cōtingat enormis laeso ut per Bal. in l. pen.

uo uoluntatis &c. quod not. 4 ¶ No. qd praelati faciētes capi appellantes ab eis debent puniri, ut hic in scō rñso, iuncta gl. in uerbo, mancipati. & dic de materia nō deferētū appellationi, ut plene dixi in c. de priore, de appel. 5 ¶ Non pōt praelatus interdicerē ecclesias exemptas, uide hic gl. in uer. interdicitur. 6 ¶ No. qd eps pōt ab exēptis, eorūq; subditis subsidium charitatituum, moderatum tñ, exigere, ut no. p̄lat hic tex. in §. nonnullis & uide hic in uerbo, in exigēdo, cū seq. & pro hoc facit, qd eps i multis est ordinarius exēptorum, ut no. in cle. j. de fo. comp. & i. cle. 2. de p̄g. & remif. unde propter curā, quam habet de eis, pōt meritō exigere charitatituum subsidium. 7 ¶ Nō pōt praelatus tabellioni inhihere, ne conficiat instrumentū de his, de qbus rogatur, p̄sertim cum notarius teneat ex debito iuramenti, uide hic tex. in uerbo, tabellionis, iuncta gl. in uerbo, conficiat. 8 ¶ Exēpti non tenentur p̄stare ordinariis locorū iura fidelitatis, & obedientiæ, nec ēt in eorū literis, quas ipsi ordinariis fm casuum exigentiam scribunt, obedientiam: ponere in principio salutationis tenent, ut puta dicēdo, salutē, & obedientiam debitā, & deuotā, uel p uerba similia. nō exempti uerō satis est, qd a principio obedientiam promiserunt; de hoc ibi uide tex. in c. cū olim. 2. de priuileg. in fi. de scōdo & tertio, & ēt de primo uide tex. in uer. in causis, iuncta gl. in uer. obediētia quā no. & pro hoc ult. facit tex. in c. Dei, de simo. 9 ¶ No. qd habens ius p̄sentandi ad bñficiū, pōt p̄sentationem per literas facere. non ergo tenetur se p̄sonaliter conferre ad institutionem, uide tex. in p̄lat uer. in causis, iuncta gl. in uerbo, literarum; concordat. c. ca noscitur, de his quæ fi. à p̄la. secus dic p̄sentandi. nam ille debet exhiberi conspectui instituentis: alias non dicitur p̄sentatus, ut instituens possit p̄ferutari de illius idoneitate, de quo uide gl. in cle. dudum, de sepul. ubi dixi. 10 ¶ Ad remotionem illius, quem spreto patrono episcopus instituit, pōt agere p̄sentans, & p̄sentatus, id est patronus habens ius p̄sentandi, & ille, quē ipse p̄onus ad bñficiū legitime p̄sentauit, ut in c. decernimus. 16. q. 7. & de iure patro. ex literis, & de re iud. cum Bertoldus, uide hic gl. in uer. indignas. 11 ¶ Quæ bona dicuntur esse de mēsa praelatorum, * seu capitulorum, uel aliarum dignitatum, seu p̄bendarum, dic quod aut queritur de bonis profanis, aut de beneficiis, seu ecclesiis. primo casu illa bona dicuntur esse de mensa, in quibus ecclesia, seu collegium, uel dignitas, seu p̄benda habet directum & utile dominium. si autem ecclesia habet directum dominium, sed alius utile, sicut sunt feuda, non possunt dici de mensa, cum alius fructus percipiat, & pro tanto illorum ad ecclesiam reuerforū p̄mittitur noua in-

in iij. col. in uer. Item est considerandum, quid faciunt. C. de arb. & in l. iij. uer. Et per hoc apparet. C. de do. promissa, et in l. si. §. sed et si quis j. col. in uer. Itē not. quod illud. C. de leg. ubi dicit, quod clausula, ad beneplacitū, intelligitur, s. arbitrio boni uiri. Adde do. Alex. de Imo. in l. si sic, in prin. in 3. col. i. uer. quid de his uerbis, pro tua uoluntate arbitrio. ff. de le. j. ubi dicit, quod important arbitrium boni uiri per tex. in c. nimis praua, de excess. p̄la.

* Mensa praelatorum. De hoc uide hic per do. Car. in uer. presentatos usque ad uer. abates ubi plene per eum.

De priuilegiis & excess. priuileg.

feudatio, de feu. c. ij. Secundo casu, cum queritur de beneficiis, seu ecclesiis ad mensam spectan. dicendū est, qd illæ, seu illa dicunt de mensa praelati, seu collegij &c. quorum fructus pertinent ad eam ecclesiam, seu collegium, cui facta est annexio ita, qd potest illos cōuertere in proprios usus: hoc tñ intellige cum limitatione, quā ponit Inn. in c. pastoralis, de priuileg. & idem dicendum de dispositione ipsius ecclesie vnitæ, ut illa pertineat ad eam; cui facta est vnio, intantum, qd rectorem, uel p̄petuum vicarium non habeat p̄ter illum, cui facta est annexio. vnde poterit pro libito ponere ibidem vicarium tēporalem, & deponere. vnde talis ecclesia sic vnita non dicitur vnquam uacare, ut probat hic uer. quidā etiam ecclesias, & in cle. j. de sup. neg. p̄la. 12 ¶ Hoc autem ius potest ecclesie in ecclesiam competere altero de tribus modis uel per Papalem cōcessionem, & de hac non dubitatur de priuileg. pastoralis. Item per vnionem sic factam per ep̄m de consensu capituli, ut in cle. si vna, de reb. eccl. non alien. ubi per hoc maxime Inn. qd intellige intercedente titulo, uel tanti temporis interuallo, qd eius initij non sit memoria, cum talis p̄scriptio sit contra ius cōmune, ut in c. j. de p̄scrip. lib. 6. de quo plenē no. in d. c. ut super. Io. And. in Mercu. & intellige, quod dixi de vicario pro libito in tali ecclesia vnita ponendo uel destituendo, quā ecclesia est pleno iure subiecta ei, cui annexitur, etiam si sit curata, ut in d. uer. quidam etiam. s. n. ecclesia spectans ad mensam praelati, uel collegij non est pleno iure subiecta, sed recipit superioris institutionem quo ad regimē ecclesie, uel saltem populi, & tunc debet ibidem poni vicarius p̄petuus institutus per ordinarium loci ad p̄sentationem istius habentis ecclesiam vnitam, ut in c. extirpanda, §. qui uerō, de p̄ben. & idē debet considerari modus & forma cōcessionis, seu incorporationis, nec tñ putes, qd ecclesia, quæ pleno iure est alicui subiecta, propter hoc dicitur esse de mensa illius. licet enim p̄textu talis subiectionis habeat ius instituēdi, & destituēdi, & etiam uisitandi quæ ad tēporalia non potest tñ fructus illius ad sui utilitatem cōuertere, nisi illam habeat in mensam, uel in suos usus cōuertendā, de sup. neg. p̄la. cle. j. de his omnibus uide hic gl. ualde no. super uer. ad mensam, & per Inn. in d. c. ut super, de reb. eccl. non alien. 13 ¶ Appellatione beneficiorum diocesis ueniūt etiam beneficia exēpta in diocesi consentientia. nam licet sint exempta, sunt tñ in diocesi, ut in c. graue, de off. ordi. hæc procedunt etiam in priuilegiis concessis ordinario de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum uacantium in sua diocesi. fortius autē comprehenduntur beneficia spectantia ad exemptos alias non exempta, uide hic tex. in §. p̄terea, iuncta gl. in uer. anni. secus quo ad primum casum, si fieret mentio de beneficiis subiectis, ut in ea. glo. p̄all. & uide quod legitur, & no. in c. pro illorum, de p̄ben.

De priuilegiis & excess. priuileg. Rub.

Religiosi.] Clerici seculares administrātes sacramēta, de quibus hic in tex. clericis, uel laicis sine licentia proprij diocesanī, nō incedunt in excommunicationem, sicut religiosi hoc casu inuoluntur; uide hic tex. in cle. j. iuncta gl. 2 ¶ Ex qua no. qd in dispositione penali appellatione re-

ligiosorum non ueniunt clerici seculares, licet dispositionis ratio uideatur prima frōte in utrisq; pariter m̄litare. An autē ueniant religiosi ad ecclesias seculares trāslati, gl. j. hic dicit esse dubium remittens ad not. in cle. j. de deci. & uide quod ibi dixi. 3 ¶ Eucharistia* dicitur ab eu, qd est bonum, & charis, qd est gratia, quasi bona gratia; ita dicit hic gl. in uer. Eucharistia, remittens ad no. in cle. vna de reli. & uen. san. fed tu uide tex. Greg. in c. multi. r. q. 1. prope medium, qd ita, ut s̄ exponit. 4 ¶ Solennizare matrimonium est ipsum matrimonium solēniter benedicere, uide hic glo. in uerbo, solennizare. 5 ¶ Nūquid sit a religioso, seu alio clerico credendum assertioni alterius parochiani, qui dicit se habuisse licentiam a suo sacerdote recipiendi sacramēta, seu certum sacramentum ab ipso religioso, seu clerico, uide hic bonam gl. in uer. non habita, quæ post multa concludit qd sic: quod tñ uidetur ex sui ratione restringere ad sacramentum pōnitentiæ: quia in foro pōnitentiæ est contenti credēdum: quia ibi solum agitur de periculo animæ suæ. vnde non p̄sumitur immemor suæ salutis de homi. significasti. & 1. q. 7. sancimus: secus in sacramēto ordinis, & similibus. & hæc gl. bene no. & maxime quatenus dicit aliud esse in sacramēto ordinis, quia illud confertur non tantum propter se, sed propter alios; id dicitur sacramētum dignitatis. 1. q. 1. §. si cut ergo. & no. hoc ultimum, & uide plenius in c. denique. 4. dist. ubi bonus tex. cum glo. not. quæ dicit per illum tex. qd quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas, siue honor; & hoc infert clericos non esse priuatas personas, cum illæ solæ dicant priuatæ personæ, qd non habēt dignitates. 2. q. 1. c. contra pacem; quod est no. 6 ¶ Scholares,* mercenarij, & his similes cēsentur quo ad sacramēta. Cardin. in 16. q. 7. de illa parochia, in qua pro tēpore habitant; hoc uoluit no. gl. hic in uer. parochialis. 7 ¶ Ex qua no. qd quo ad iura parochialia non requirit, qd quis moretur in parochia animo p̄petuo ibi stadi, uel domicilium ibidem constituendi: sed satis est, quod ibidem ad tēpus moretur remotus à sua parochia; qd intelligo, quā tanta est à propria parochia distantia, qd ad illam cōmodē pro sacramentorum susceptione accedere non ualet, argum. optimum in cap. is qui, & c. si de sepul. lib. 6. est tamen ualde tutum, qd accedens ad partes remotas animo non transferendi domicilium, habeat licentiam quo ad sacramēta recipienda à parochiali presbytero; de quo uide, quod no. in cap. omnis, de pōnit. & remif. 8 ¶ Prouisus de ecclesia parochiali licet adhuc presbyter non sit, potest suo parochiano dare licentiam, ut ab alio presbytero sacramēta recipiat. licet ergo ipse nō ualet illa sacramēta ministrare: potest tamen dare licentiam ab aliis recipiendi. & hoc ideo, quia primum est ordinis, quem ipse non habet: secundum est iurisdictionis, quam habet ex prouisione ecclesie, argum. in simili, in c. suffraganeis, de elect. quod no. ad similes quæstiones; hoc uoluit in effectu glo. hic in uer. Presbyteri hanc etiam licentiam potest dare vicarius, seu locum tenens in ecclesia ipsa parochiali, ut in eadem glo. dicitur.

- * Nunquid episcopus. 9 ¶ Nunquid eps ualeat dare licentiam alicui suo subdito recipienda facta, præsertim de quibus hic ab alio, q̄ a suo p̄bytero, uide hic bonâ gl. in uer. presbyteri, quæ uideatur dubitare. p̄p. tex. isti, qui uidetur requirere licentiam p̄sbiteri parochialis in p̄rium facit: quia tota diocesis est ipse ep̄s parochia, ut in c. apostolica, in princ. de dona, & quilibet de diocesi pot̄ pro factis recurrere ad proprium presbyterum, ep̄m, & archipresbyterum ecclesie cathedralis, quæ in hoc censetur vicarius ep̄i, ut in c. ij. de off. archipre. Concludit tñ, q̄ si ecclesia parochialis uacat, tunc sufficit licentia ep̄i. & idem uideatur sentire de archipresbytero ecclesie cathedralis: sed si ecclesia non uacat, tunc ante factum consuluit abstinere, ut ex licentia ep̄i, uel archipresbyteri ciuitatis hoc non fiat licet ab illis talia facta recipi possint, ut s̄. dictum est: sed post factum putat illum excusari a pena, qui hoc fecit de auctoritate ep̄i. idem puto, si de auctoritate archipresbyteri ciuitatis, qui in hoc est uicarius ep̄i, ut s̄. dixi, & no. singulariter prædicta. ante ergo factum tutum est, ut pro licentia habenda recurratur ad proprium presbyterum dumtaxat.
10. ¶ Item no. q̄ uicarius, seu officialis ep̄i non debet se impedire in istis spiritualibus in his. n. censet uicarius ep̄i a iure constitutus archipresbyter ciuitatis: officialis autem ep̄i habet iurisdictionem in foro contentioso, ut in c. licet, de of. vic. lib. 6. quæ no.
11. ¶ Ad hoc ut religiosus ualeat conferre parochiano seu parochiano alterius sacerdotis sacramenta, de quibus in tex. sine metu pœnæ in tex. contentæ cautum est, ut habeatur specialis licentia a presbytero proprio, tã de factis conferendis, q̄ de ipso religioso conferente, & parochiano, qui facta illa sunt percepturi, ut sic illa specialitas referatur ad facta, ad conferentem, & recipientem: attñ post factum non uidetur incidisse in pœnâ hanc, si fuit facta sp̄ialis mentio de parochiano, cum licentia conferendi datur religioso uel de religioso, cum licentia fuit data parochiano, ita no. dicit hic glo. super uer. speciali.
12. ¶ Ex quo bene no. q̄ uerbum generale, quod potest habere multos intellectus, aliter debet interpretari ante factum, & aliter post factum, & post factum debemus recipere illum intellectum, per quem pœna uitatur.
13. ¶ Sed no. ex tex. & glo. q̄ religiosi non prohibentur conferre facta populo monasterio non subdito, dummodo habeant licentiam sp̄alem a sacerdote, cui ille populus est commissus: & pondera q̄ possunt conferre ista tria, de quibus in tex. f. extremam unctionem, eucharistiam, & matrimonia solennizare, i. solenniter benedicere, que solent in publico fieri: puto tñ, q̄ si nolunt omnia licite facere, debet habere licentiam proprii prælati ipsius religiosi, arg. in c. 2. de testa. lib. 6. & 12. q. 1. nolo, & c. non dicatis. si tñ eam non habuerint, non incurrunt pœnam, de qua hic: quia illa est imposita solum ex defectu, licentiæ proprii sacerdotis, & pœna nõ debet excedere casum, de pœ. dist. 1. pœnæ, & in c. statutum, de elect. lib. 6. An autem a religioso possit cum licentia prædicta recipi sacramentum pœnitentiæ, dicit ut in seq. notula dicitur.
14. ¶ Licet sacramenta, de quibus hic, ualeant a religioso etiam curam non habente recipi cum licentia proprii sacerdotis: secus tamen uidetur in sacramento pœnitentiæ. pœnitentia enim non potest recipi etiam cum

licentia proprii sacerdotis a religioso, seu presbytero non habente curam; ita dicit hic glo. super uer. speciali, in fi. alle. no. in c. omnis, de pœni. & re. ubi idem tenet gl. ex quo inferitur, q̄ si datur parochiano facultas eligendi sibi confessorem, q̄ non poterit eligere religiosum, uel presbyterum secularem non habentem animarum curam actu. idem uidetur uelle Pau. de Liaz. hic distinguit tñ, q̄ aut sacerdos proprius committit extraneo sacerdoti, ut audiat confessionem subditi sui; & tunc non est uis, an habeat curam uel non: quia hoc facit non iure proprio, sed tanq̄ delegatus, & sic gerit uices proprii sacerdotis: quia delegatus fungitur uice delegantis, ut in c. sane, de off. dele. & in l. j. ff. de of. eius cui man. est iuris. aut proprius sacerdos dat licentiam parochiano suo, ut possit sibi eligere confessorem, & tunc procedat dictum huius gl. fm. enim: quia tunc cum iste eligendus p̄ parochianum nõ sit delegatus proprii sacerdotis oportet q̄ per uiam prerogationis parochianus se illi subiciat: sed cum ille non habeat per se curam, non pot̄ fieri prerogatio: quia consensus priuatorum non potest eum facere iudicem, qui nulli præest iurisdictioni, ut dicit. c. significasti, de fo. compe. & in l. priuatorum. C. de iur. om. iu. & ita cõter solent transire doc. sed ego nouissime reperi Host. in sum. in tit. de pœ. & re. s. cui tenentem p̄rium dicit. n. ex quo sacerdos habet p̄tatem clauium. hanc. n. p̄tatem ligandi & soluendi recipit in sua ordinatione, ut in s. ecce sufficienter iuncto tex. c. ex auctoritate, & se. 16. q. 1. exercitium autem non habet ex defectu subiectorum. unde ex quo legitime aliquis illi se subicit, potest suam in illum potestatem exercere; & hoc mihi nouissime placuit. nam iura in contrarium alleg. loquuntur de non habente profus iurisdictionem: secus autem in eo, qui habet illam habitu, nec exercitium est interdictum, nisi in subiectorum defectu. ad hoc adduco, quod le. & not. in l. j. ff. de iudi. ubi patet, quod istorum iurisdictione non habentium subditos actu non potest per alios prorogari.

16. ¶ Religiosus exercens sacramentum pœnitentiæ in non subdito, uel baptisimi, uel aliud hic non expressum, non incurrit pœnam excommunicationis hic promulgatam, licet hoc fecerit sine licentia speciali proprii sacerdotis: quia tex. hic apponit pœnam respectu istorum trium, uidelicet eucharistiæ, extremæ unctionis & matrimonij, ad alia ergo sacramenta iste tex. quo ad pœnam in eo contentam extendi non debet hoc ita not. dicit glo. in uer. speciali in fi. sui, quam no. in materia extensionis.

17. ¶ Ex qua notare potes, q̄ constitutio pœnalis concernens certos casus sine causæ expressione nõ debet extendi ad alios casus similes, uel maiores, nam maior deberet esse prohibitio in sacramento pœnitentiæ, uel baptisimi, quam eucharistiæ, uel solennizationis matrimonij. posset tñ dictum gl. in dubium refricari: quia ubi constitutio non habet causam insertam, debemus coniecturare rationem illius, & si non pot̄ naturaliter nisi una reddi, tunc ad illius limites debet constitutio extendi, ut no. Cy. in l. non dubium. C. de legi. sed non potest reddi maior ratio in istis tribus, de quibus in tex. q̄ in aliis, nisi forte uelles dicere q̄ religiosi magis exercebant in istis tribus, q̄ in aliis; ideo fuit in istis ærius prouidendum, ut in simili no. in c. admonere, in s̄. c. lator. 33. q. 2. & uide ad materiam huius extensionis, quod dicam in seq. gl.

Quan-

18. ¶ Quamquam religiosus alterius subditum ab excommunicatione a canone, uel statuti promulgata absoluens incidat in excommunicationem hic promulgatam: secus tñ, si absoluit ab excommunicatione lata ab homine: quia casus iste non est hic in tex. expressus, ar. c. statuti, de elec. lib. 6. ita no. dicit gl. in uer. a canone, qd̄ no. in materia extensionis ad ea, quæ dixi in præce. notula. forte enim in hoc casu isti religiosi non excedebant.
19. ¶ Appellatione sententiæ facta mentione de absolutione uenit sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti etiam in dispositione pœnali, ut hic iuncta gl. in uer. a sententiis; quod nõ. licet ergo nomine sententiæ simpliciter prolata intelligatur de diffinitiuâ, ut no. in c. cũ olim, de test. secus uidetur, cum etiã sit mentio de absolutione, ut hic; & intellige, qd̄ necessaria est absolutio.
20. ¶ No. q̄ religiosus incurrit sniam excommunicationis absolueudo a snia canonis, uel statuti, etiam si absoluat religiosum uel consocium, uide hic tex. iuncta gl. no. super uer. quæquam. Et no. ex ea. gl. q̄ religiosi cõprehenduntur sub uerbis generalibus etiam in materia pœnali.
21. ¶ No. q̄ in casu huius cle. potest loci ordinarius facere religiosum quãtũcũque exemptum denunciari excommunicationem, post q̄ sibi confiterit eum incidisse in excommunicationem, de qua hic; & tñ constare sibi nõ poterit illum incidisse, nisi faciat illum citari, ut no. in cle. j. de pœnis, in uer. confiterit, & in cle. presentium, de consi. & utrobique gl. quare puto, q̄ quo ad hanc denunciationem faciendam poterit ordinarius facere citari: quia concessio cõsequenti uidetur antecedens concessum, ut in c. cum M. de consi. & c. prudentiam, & c. præterea de offi. deleg. uel poterit sibi constare per informationem extraiudicalem, de qua in c. cum contingat, de præscrip.
22. ¶ Peccat grauiter prædicatores religiosi, & puniri debent, prout hic dicitur, qui in eorum prædicationibus ecclesiarum prælati detrahunt; quod intelligit hic gl. no. super uer. detrahant, cum no. iatim detrahunt, aut per circūlocutionem, quæ uicem habet proprii no. s. alias in genere bene licet prædicatori tangere religionum uicem iuxta illud euang. Super cathedram Moysi &c. Caueant tñ, ut etiam in generali locutione linguam referant: quia q̄ inconsiderate loquitur, sentit mala; uide hic gl. no. super uer. detrahant, quam no. bene.
23. ¶ Episcopis competit male ablatorum incertorum dispensatio, uide hic gl. in uer. in aliorum.
24. ¶ Ex qua iuncto tex. no. q̄ subtractio, seu clandestina usurpatio, uel alia non canonica dispositio male ablatorum incertorum uel tendere in eorum præiudiciũ, & uolens pœnitere debet illa ep̄s restituere: de hac tñ materia uide quod nõ. doct. in c. ij. de test. lib. 6.
25. ¶ Nota hic expressum, q̄ religiosi quãtũcũque exempti, & priuilegiati super confessionibus audiendis non ualent absolueri in casibus. sed i. Apostolicæ, uel episcopis reservatis, etiam a simplici peccato, seu culpa. & cõtrafacientes peccant grauissimè, & dicunt puniri, prout hic dicitur, uide hic gl. super uer. absolueri, iuncto tex.
26. ¶ Et aduerte, quia nec religiosum, nec socium possunt in illis casibus referuatis absolueri, quod pbat hic tex. in uer. quãquam, iuncta gl. supra. all. in uer. quemquam.
27. ¶ Quamquam religiosi habeant aliquos cõseruatores, quibus est data potestas trahendi ultra duas dietas cum clausula non obstantibus &c. nõ tamen possunt aliquos conuenire ad plura loca, præsertim multum remota, uide hic tex. iuncta gl. in uer. remota.
28. ¶ Nota quod infirmitas, uel senectus est causa proba-

bilis dispensandi cum aliquo super pœna delicti, uide hic glo. iuncto tex. in uer. necessitate.

29. ¶ Ad hoc, ut interpellatio constituat aliquem in mora, præsertim ad pœnam iuris incurrendam, oportet quod fiat per illum, de cuius interest; uide hic glo. super uerbo, requisisti.

30. ¶ Si suspensionis pœna a iure simpliciter imponitur, in dubio de suspensione ab officio. an autem illa includat suspensionem ab administratione, debet distingui, de quo uide hic bonam glo. in uer. suspensionis, & not. bene hanc glo.

31. ¶ Solus Papa potest concedere generalem priuilegiũ totum orbem respiciens, ut hospitale non curatum ualeat per suos presbyteros familiaribus suis, domesticis personis, & pauperibus in hospitali habitantibus sacramenta conferre. de iure enim hospitale cum suis est sub cura parochialis ecclesie. episcopus autem potest tale priuilegium in sua diocesi ex causa concedere, de rel. do. constitutus, cum ibi notatis. idem dicendum in concessione altaris uaticani, ut no. in c. in his, de priuile. uide de hoc hic glo. super uer. Apostolica.

32. ¶ An possit consuetudine introduci, ut sacerdotes hospitalium possint suis familiaribus, & pauperibus in hospitali degentibus sacramenta ministrare, sicut potest priuilegium hoc inducere, uide hic gl. in uer. ministrare, quæ est finalis; & primò sentit q̄ sic per cle. quia cõtingit, in si. de relig. do. postea sentit contrarium, dicens, q̄ illa cle. hoc non probat, posset ergo priuilegium hoc casu, quod non potest facere consuetudo; & no. hoc ultimum, arg. c. ij. de pœni. & remiss. lib. 6. illud tamen c. loquitur, cum singularis persona uult præscribere, ut possit sibi eligere confessorem; quod fieri non potest, ut ibi. & idem uidetur dicendum, quando presbyter nomine proprio uult præscribere curam animarum, ut no. in c. conquirente, de offi. ord. sed nos loquimur, cum sacerdos hospitalis præscribit nomine hospitalis; & uidetur q̄ possit, de quo uide, quod no. per doc. in d. c. cõquerente, & uidetur casus in c. ex transmissa, de præscrip.

1. ¶ Archiepiscopo, Archiepiscopus transiens, uel declinans ad locum exemptum suæ prouinciæ potest ibidem benedicere populo etiam solenniter per illa uerba, Sit nomen Domini benedictum, & idem in episcopo quo ad loca exempta suæ diocesis; uide hic glo. super uer. benedicat. Et no. ex tex. quinque, quæ potest facere archiepiscopus in locis exemptis suæ prouinciæ, & episcopus in eisdem locis suæ diocesis præter crucis delevationem, quæ non pertinet episcopo. Archiepiscopus celebrans in Pontificalibus in locis exemptis suæ prouinciæ potest uti pallio: quia illud est ornamentũ Pontificale archiepiscopi, dummodo eo utatur diebus sibi concessis, & uide gl. quam no. in uer. Pontificalibus.

2. ¶ An archiep̄s, seu ep̄s possit in Pontificalibus in aliena prouincia, seu diocesi celebrare, uel prædicare, uide hic gl. no. in uer. Pontificalibus, quæ ponit Inn. & Host. opin. contrarias, & tandem concordando distinguit, q̄ aut uniuersaliter Pontificalibus utit sine iurisdictionis exercitio, ut puta missam celebrando; & potest etiam sine licentia diocesani. & idem prædicando, nisi specialiter prohibeat. aut uult uticum iurisdictionis exercitio, ut ordinando, uel chrismando, & non pot̄ sine diocesani licentia. q. 2. per totum. sed cum licentia hoc poterit, sine tñ usu pallij, q̄ uerba diligenter no. Ex quibus habet, an & qñ, & qualiter in locis mendicantium possunt episcopi celebrare, & alia hic posita exerce.

De pœnis.



De poenis. Rub.

I quis suadente. Appellatione pontificis etiam in materia penali comprehenditur episcopus etiam qui renunciauit loco, & non ordini. Sed aduerte, quia glo. uideatur ponderare textum in eo, qd ponit uerbum generale, queuis &c. & sic uidetur, qd tunc ueniat talis pontifex, quando annectitur aliquod uerbum generale, secus uidetur, si simpliciter fit mentio de pontifice. debent enim uerba capi in potiori significato; & sic intelligantur de pontifice, qui non renunciat nec loco, nec ordini; uide glo. hic in uer. quauis pontificem.

Appellatione pontificum non ueniunt electi et confirmati, ex quo non sunt consecrati. adhuc enim non posunt dici pontifices, id est episcopi secundum glo. in uer. quemuis pontificem.

Ex qua no. qd nondum consecrati neque pontifices dici possunt. idem no. glo. in ele. di. gnum, * de ce. mis. contrariu not. glo. in cle. unica, de fo. compe. sed tu distingue, ut ibi dixi.

Clemen. digni. Vbi uide do. Car. in prima regula, et tertia questione, et dixi ibi in secunda questione, quod appellatio pontificum comprehenditur episcopi, et alij superiores.

Mandans episcopum capi, percuti, occidi, uel bani-ri, maleficio non secuto, non incidit ex solo mandato in poenas hic contentas: quia uerba sunt cum effectu intelligenda, nec est uerisimile, qd ex solo mandato tot poenis mandans inuolueretur, ita not. dicit hic glo. in uer. mandauerit, licet in principio senserit contrarium per illa uerba tex. uel hoc mandauerit. sed glo. exponit hic. i. percussiones, captiones, uel bana iam facta. & fm hanc expositionem est singulariter notandum, qd si aliqua dispo- ne puniatur faciens certu delictum, ut illud mandans, debet intelligi de mandato cum effectu, s. delicto secuto, saltem qm poena pro delicto imposita est magna; de quo ego multum dubito: quia saepe puniuntur quis ex solo mandato et delicto non secuto, ut homines arceantur ab illo, ut p- batur in c. pro humani, de homici. lib. vj. licet poena illa sit ista longe grauior, ad idem facit. c. quicumq; de sen. excob. lib. vj. unde forte prima pars huius glo. est uerior, ut ex solo mandato mandans incidat in poenas hic contentas, ut a mandato timore poenae abstinens facile co- p- p- fecat hoc nefandissimum delictum.

Item quia, si litera intelligeretur de mandante, delicto secuto, nulla uel modica esset dubitatio. d. c. mulieres, de sen. excom. lib. vj. Vbi cumq; imponitur poena ratu habenti factum ab alio, debet intelligi, qd illud sit eius contemplatione factum: quia alias non cadit ratihabitio, & uerba debent proprie intelligi; uide hic glo. super uerbo, rata.

Socius. Vide hic do. 7 Cardin. in princip. uer. col. uer. si. undecimo quero, quis proprie.

totum communicantes inuicem luera, & pericula, ut ibidem.

Collega dicitur in officio, unde talis non proprie dicitur socius. comes in itinere, consors in praemio, sodalis in mensa, uel in sede: iuriste tamen non sumunt ita stricte, nec etiam communis usus loquendi: unde etiam in crimine dicimus socium. xxij. q. iij. si ad peccatum.

Item in ecclesia, de off. deleg. cum. R. de senten. excom. ex tenore, in ordine de confessis. c. j. in fi. In uia, de uoto. c. ij. In coniugio. xxij. q. ij. cum societas. In lucro de sepul. c. j.

Item de socio criminis, de quo ad propositum, uide tex. in c. cum secundum leges, de hereticis, lib. vj. ubi appellatur consors: & alibi dicit canon, qd quis tribus modis sociatur malis committendo, fauendo, & non corripiendo. xxij. q. iij. ita plane hic dicitur, qd non caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinorosi desinit obuiare. xxij. q. iij. qui potest: stricte tamen sic dicitur socius in crimine, qui aliquid cooperatur ad actum percussiois, captionis, uel banni.

Ex quo singulariter no. qd in materia penali & odio fa is dicitur socius criminis, qui cooperatus est ad actum criminis: non autem comprehenditur is, qui tantum fauorem praestitit, uel non corripuit.

Et no. qd quandoque in delinquendo sunt quasi plures socij, quorum nullus est principalior; & tales includuntur sub agentibus. quandoque unus est principalis, alter cooperans; & talis dicitur socius in crimine in materia stricte. & ita capitur hic, ut patet: quia per se text. facit mentionem de agentibus, de socio, & de his, qd dant fauorem, uel consilium, uel scienter defendunt delinquentes, uel dant mandatum, seu ratum habent delictum commissum isti ergo stricte non dicuntur socij, cum ponantur ut diuersa, etiam in materia delicti; ad hoc. l. si. idem codici illius. C. de lega. & de praedictis uide hic bo. glo. in uer. defenauerit in prima parte sui, quam no.

No. ex principio tex. casum, in quo praestans consiliu, uel fauorem ad delictum puniuntur; sicut ipse principaliter committens, uidelicet cum quis praestat consiliu, uel fauorem, ut quis pontifex capiatur, uel iniuriose seu temere percussatur, seu banniatur.

Sed aduerte quia in hac materia penali appellatio praestatis consilium, uel fauorem non comprehenditur, qui nudum consiliu, uel nudum, fauorem praestitit, tex. est no. in c. felix, in prin. iuncto. §. illud, de poenis, lib. vi. & dicitur nudum consilium, uel fauor, quando nil adijcit ad delictum; de quo uide glo. notabi. in dicto. §. illud, & hic in uerbo, defenauerit, circa medium debet talis consulens, uel fauens alias puniri secundum modum culpa. ut in dicto. §. illud, quae singulariter nota, & de fauore, & defensore uide quod dicam in notula sequenti.

Et aduerte, quia licet glo. hic praallega. uideatur uelle, ut simplex consulens, simplex fautor non comprehendatur hic propter uerbum in his positum in principio literae, quod uidetur uelle, quod consilium, uel fauor detur circa delictum committendum; attamen ego puto, quod etiam sine illo uerbo tales nudi consulentes, fauentes non comprehenduntur appellatione consulentis, uel fauentis, licet alias esset puniendi

niendi iuxta modum culpa per ea quae habentur in d. c. felix, in prin. iuncto illo. §. illud.

Appellatione fautoris etiam in materia penali uenit is, qui fauorem praestitit criminoso, necdum ante delictu sed et post, nisi apponat in dispositione aliqd uerbum, p quod appareat, qd tm intendat includere illum, qui praestitit fauorem ad delictum committendum, ut in prin. ibi, aut consilium in his dederit, uel fauorem &c. ita notanter uoluit hic gl. in uer. defenauerit ultra mediu: secus, ut praedixi, si simp- r fit mentio de fauore, seu fauete, ut in c. excommunicamus, §. credentes, de haeret. li. 6. & idē dic in defensore, ut appellatione defensoris in materia delicti alio non adiecto ueniat etiam ille, qui defendit criminosum etiam post delictum.

Aduerte tamen singulariter circa istum defensorem. nam quidam est defensor, id est auctorizator delicti; & talis grauius puniuntur quam agens r. 2. q. 3. qui consentit, & 2. q. 3. qui aliorum quidam est defensor post delictum, ut puta im- pediendo, ne criminosus perueniat ad manus iudicis, uel ne fiat in eū executio, & talis comprehenditur appellatione defensoris in c. felix, de poenis, lib. 6. quando quis defendit criminosum post delictum, ne laedatur a priuato, etiam ab offenso, uel eius consanguineis uolentibus de eo sumere uindictam; & talis defensor non comprehenditur in materia penali appellatione defensoris quia non deliquit tunc illum defendendo, cum illa sit iniuria, ad quam et propulsanda a socio quis tenetur, de sen. excom. dilecto, li. 6. ita notanter dicit hic gl. in uerbo, defenauerit in fi. sui, quam singulariter nota.

Ex quo collige, quod quis debet repellere iniuria inferendam proximo, etiam si ille prius nocuit: quia uindicta non est licita, sed est relinquenda iudici puto tamen, qd si aduersarius uellet illu capere, ut ad iudicem ducatur, quia timetur de fuga, iux. l. nullus. C. de iudae. & no. in l. ait praetor. §. si debitor rem. ff. de his, qd in frau. cre. qd illum tunc defendens incideret in poena: quia ista est illicita defensio. de eo aut, qui defendit in iudicio patrocinando, an ueniat appellatione defensoris, uide qd not. Ioann. And. post Hostien. in ca. proposuit, de cle. ex comm. mi.

No. hic casum in §. a feudis, iuncta glo. in uer. obtinenda, in quo quis redditur inhabilis ad beneficia obtinenda, non tamen priuatur obtentis; & hoc est, quia isti filij puniuntur non ex proprio. sed ex delicto paterno.

Et nota quod inhabilis ad beneficia obtinenda retē tis obtentis non potest de nouo obtinere beneficia etiam per uiam permutationis; ita uult hic gl. no. super uerbo, obtinenda.

Si mandatur aliquis excommunicari candelis accensis, debet suppleri, & extinctis, & pedibus coculcatis, per c. debent. r. q. 3. quia unum ius suppletur per aliud, uide hic in uer. accensis.

Proh dolor, est interiectio dolentis, cum aliquis in dolore loquitur. aliqui dicunt, quod sunt duae partes, & duobus accentibus debent regi.

Nota expositionem illorum uerborum, multis crassantibus &c. id est multis gradientibus, uide gl. cum con cor. hic in uerbo, crassantibus.

No. ex episcopi enim &c. qd non solum Papa, sed etiam omnes episcopi possunt dici sanctissimi, & glo. hic in uerbo; sa * Dicit sanctissimi. Dicit beatus Thomas secunda secunda questione 185. ar. j. quod episcopus est nomen operis, et non dignitatis.

No. ex eodem uer. episcopi enim &c. multa ad commendationem dignitatis episcopalis dicuntur enim episcopi sanctissimi, Christi legati, spirituales patres, fratres & coepiscopi Papae & columnae ecclesiae.

Ex qua no. qd episcopi non debent dici semper filij, cum sint spirituales patres, & columnae ecclesiae dic tñ, qd certo respectu possunt dici filij ecclesiae, & certo respectu etiam patres, sicut Papa, de quo uide bonum tex. in c. quorum uices, lxix. di.

Absolutus in articulo mortis in casibus Papae referuatis, qui tenetur cessante periculo se conspectui Apostolico praesentare, quanto commode poterit, alias incidit in eandem excoicationis sniam, ut hic, & in c. eos, de sen. exc. li. 6. ubi dicitur, quam citius opportunitatem habuerit, tunc dicit oportunitatem habuisse, & commode potuisse, quando cessante impedimento, & modico tempore sibi indulto, quo sibi de necessarijs providere potuit, apostolico sedis conspectui se non praesentauit, ar. in l. ab hostibus. §. si. ff. ex qui. cau. ma. & hoc uoluit glo. hic in uerbo, Commode, in prin. qua no. ad similes questiones, qm quis tenetur aliquid facere, quam citius commode poterit, cessante impedimento debet. n. indulget sibi aliquid temporis ad parandum sibi necessaria etiam impedimento cessante. & de hoc an cessauerit impedimentu, uel ne, & an habuerit competentem terminum adponendum necessaria, uel ne, & p qns an incidit in eandem excommunicationem, uel non iudex habebit arbitrari. non. n. creditur ei, qui dicitur excommunicatus, quia licet in foro animae credatur consenti, ut in c. significasti, de homi. secus in foro iudiciali fm eandē gl. quam in hoc singl'r not. quae et singl'r subiicit, qd iudex non debet denunciare illum incidisse in excommunicationem, nisi eo uocato uiderit per coniecturas illu fuisse morosum, cognitione super hoc praemissa summaria, ut in cle. 2. c. ti. in fi. iuncta gl. in uer. constiterit.

Vbi cumq; pot probabiliter dubitari, an quis in excommunicationem incidit, uel reinciderit, non debet iudex illum denunciare, nisi eo uocato praemissa summaria cognitione sibi constiterit saltem per coniecturas p babiles illum in excommunicationem incidisse, uel reincidisse, uide hic gl. no. in uer. commode, in fi. ad idem uide gloss. in elem. praesenti, de cens. super uer. constiterit & in cle. sequenti in fi. super uerbo, constiterit: secus dicit, si de excommunicatione constat, ut quia ipsemet iudex illum excommunicauit. tunc enim ad denunciationis actum non debet de necessitate uocari, ut in c. pastoralis, de appellatio. quia per denunciationem amplius non ligatur, ut ibi.

Multorum.] Constitutio et poenalis disponens contra obtinentes dnium temporale certis casibus extenditur et ad psonas ecclesiasticas dnium temporale obtinentes

obtinentes. uide gl. hic in uer. Dominium, iuncto tex. qui hoc satis, probare uidetur.

2 ¶ Constitutio pœnalis de clericis disponens non exte ditur ad laicos, licet in eis uideatur eadem rō, uide hic tex. iuncta gl. in uer. Ecclesiasticos; facit cap. si sententia, de sen. excom. li. 6.

3 ¶ Quamquam lex imponat priuationis omnium bene ficiorum obtentorum pœnam, non per hoc ut inhabilita re ad obtinenda, uide hic gl. no. in uer. Obtentis. Idē dic in casu cōuerso inhabilitatus. n. circa obtinēda nō censetur priuatus obtentis, ut in cle. si quis suadente supra. e. iuncta gl. in uer. obtinēda.

4 ¶ Dispositio concepta in odium potestatis secularis nō extenditur ad potestates ecclesiasticas licet illud idē faciat, qd potestate seculari faciente, fuisset locus pœnæ, uide hic tex. iuncta gl. in uer. Seculari.

5 ¶ Secularis capiens clericum, licet non animo sibi iniuriam faciendū, sed ne citatus uadat ad curiam Romanam, incidit in excommunicationem: quia manus sua uia & iniuriosa est sedi apostolicæ, & toti ordini clericali, arg. in ca. contingit. j. de sen. excom. uide hic gl. in uerbo seculari, & idem dic in similibus casibus, ar. præa. c. contingit.

6 ¶ Procurans suam captionem, ne citatus ipse uadat ad curiam Romanam, incidit nō solum in pœnā hic cōtē tā, sed cum de hoc constiterit contra ipsum proceditur tanquam cōtumacem, uide hic gl. in uerbo, procurat quam no. & uidetur probari quasi in similibus terminis in c. quoniam frequenter, post prin. ut lit. non cont. cum l. 2. ff. si quis cau.

7 ¶ Resignatio beneficiorum facta per intrusum in carcere ad istum effectum resignationis consequendum est ipso iure nulla, * etiam quo ad re nunciantem quamquam a resignationem ipsorum prælati recepta, uel rata habita sit, uide hic bonū & sin gu. tex. iuncta gl. in uerbo, nullus, & in uer. receptæ. Et ex eodē tex. & gl. no. per locum a speciali, qd resignatio beneficiorum per metum facta aliter, quam per incarcerationem, nō est ipso iure nulla, licet pos sit peti rescissio propter metum; ad hoc quod legitur, no. in ca. abbas, quod metus causa; facit ad prædicta. l. qui in carcere. ff. eo. ti.

8 ¶ Vbicunque mandat denunciari quis excommuni catus, uel simile, si iudici sic & sic cōstiterit, debet prius pars uocari in processu fiendo, ut iudici cōstet, qd causa rum merita partium assertionē pandunt in c. cū ex literis, de in integ. re. & l. fi. c. si per uim, uel alio mō, uide hic gl. in uer. constiterit. & similis gl. in cle. præsentī, de cens. & ex prædictis, & tex. isto, & d. c. præsentī, no. qd non debet quis denunciari excommunicatus, nisi prius uoce tur, quod intelligo quando pōt in dubiū reuocari, an qs sit excommunicatus; secus, qd clarissime de excōcicatione constat. tūc. n. non est opus, qd uocetur, quia per denū ciationem amplius non ligatur, ar. in c. reprehensibilis, & c. pastoralis, secundo responso, de appel.

¶ Videntes.] Constitutio disponens contra mendicantes non includit alios religiosos non mendican tes, uide hic tex. iuncta glo. in uer. mendicantibus, secus si constitutio disponit contra religiosos in genere, tunc comprehenduntur mendicantes, & non mendicantes, ui de hic glo. in uer. religiosos.

Ex qua etiam no. qd licet comprehendantur religiosi indifferenter, nō tamen includuntur clerici seculares, de quo uide, quod dixi in cle. r. de refcri. & in cle. religio si, de deci.

¶ Religiosi correctio primō spectat ad suum prælatū uide hic tex. iuncta gl. in uer. faciant, & uide de hoc, qd plene no. in c. quanto, de offi. or.

No. multiplices suspensionis species per glo. hic ualde no. & plenam in uer. suspensī. & per illas uarietates potest dici, quod quot sunt actus liciti, tot possunt eē ab illis suspensiones. nil. n. obstat, quin ex aliqua causa possit quis suspendi ab actu alio licito & legitimo in eius pœnam ex illarum similitudine, quæ hic in præfata glo. numerantur, & no. inter ceteras species gl. in eo, quōd dicit, quod suspenditur status canonicarum Alamanie; allegat de ele. c. idemnitatibus. §. penul. lib. 6. & clemen. attendentes. §. illas quoque, de sta. regu. Aduerte quia il la iura non dicunt, quod istarum status sit suspensū, sed solum Papa certis casibus de illis disponens protestatus est, quod per illa decreta erga eas edita non intendat ea rum statum, regulam, seu ordinem approbare, & glo. ibi no. super uer. approbare, in d. cle. attendentes, quod dicit, immō illarum status reprobari uidetur; allegat. cap. perniciosam. 17. q. 2. quā bene no. & bñ facit ille tex in c. perniciosam. No. etiam singulariter ex prædictis iuribus quod ecclesia habet iurisdictionem supra illos, qui ui uunt sub specie quadam religionis, seu clericali, licet eo rum status non sit per ipsam ecclesiam approbatus, imō potius reprobat.

¶ An suspensio ab officio sit per consequentiam suspē sus a beneficio, seu debeat sibi beneficium subtrahi uide hic gl. ualde no. quæ quotidie allegatur in uer. suspensī, ultra me dū, in uer. & quia supra posui, quæ ponit diuer sas opi. & tandem approbat tres ultimas, & dicit eas cō iungendas; aliter non declarat sed mihi ut qd gl. mens sit hæc in cōiungendo illas tres ultimas opi. qd aut quis est a iure suspensus ab officio, & ceteri suspēsus et a benefi cio. hoc ut probari in c. præter 3. di. aut ab hoīe, & tūc aut in sententiā exprimit; & seruo sniam, aut simp̄r sit de officio mētio, & nō apparet de mēte. pferentis, an uolue rit, uel nō cōprehēdere bñficiū, & tūc aut fer̄ suspensio pp crimē, seu aliā grauē cām. & censet suspensus et a benefi cio, de purga. cano. inter. aut fuit suspensus pp infamiam, seu scādālū, uel aliam leuē cām; & tunc talis sus pensio non extenditur ad beneficiū, ar. 2. q. 5. presbyter si. & c. 2. de purga. cano. qd sine magna cā beneficium sub trahi non debet 16. q. 7. inuentum. Si tñ hoc casu suspen sus contemneret suspensionem, seu esset in mora, absolu tionem petendi, dēt eidē beneficium subtrahi, ut in c. cū bonæ, de ætatē, & qualitate; facit c. fi. de elec. & c. unicitū. §. cū uero, ne se. ua. li. 6. & hæc no. Quid aut de excōcica to simp̄r, an debeat sibi redditus ecclesiastici subtrahi, ui de bo. tex. in c. pastoralis, in fi. de appel. & uide omnino, qua ibi dixi in lectura mea post glo.

De poeniten. & remiss. Rubr.

¶ Vm secundum.] Dam natis ad mortem * nō est poenitentia denegā da, nec sacra commu nio, nec tandem eccle siastica sepultura; non tamen sine princi

* Damnatū ad mortem. Querit hic do. Car. qualiter damnatū ad mortē liberentur quo ad corpus & quo ad animam, uide eū hic in prima quæstione.

principis licentia sunt eorum corpora de loco iusticiæ auferenda, uide hic glo. in uerbo, poenitentia; quæ tamē probatur per iura in ea allegata, uide licet per istum tex. & c. fi. xij. q. ij. & l. j. & ij. ff. de cada. pu. princeps ta men debet faciliem se in hac licentia concedenda exhibere, ut in iuribus proxime allegatis: non debet tamen princeps ecclesiastica sacramenta denegare, ut in hac clemen.

1 ¶ Bufionibus.] Nota hic tex. no. in multis prouidē tem contra istos quæstores, qui multa mendaciter proponunt, & in eorum excessibus subijciuntur locorū ordinarijs, eorum priuile. non obstan.

2 ¶ No. qd absolutio a pœna & culpa sic uulgariter di cta est illa plenissima peccatorum remissio, quæ conce ditur cruce signatis pro subsidio ultra marino, de qua plene no. per doc. in cad. deliberandam. de Iudicis; uide hic glo. iuncto tex. in uer. a pœna & culpa, & not. bene cam, in fi. quatenus dicit, qd hanc plenissimam indulgen tiam, seu remissionem solus Papa concedit. ego intelli go, qd glo. intendat excludere alios prælatos inferiores per c. cum ex eo, in fi. de pœ. & remis. non autem concilium uniuersale. nam arbitror, qd concilium uniuersale possit tales remissiones facere, cum repræsenter totam ecclesiam per ea, quæ no. Inno. in c. quid autem, eo. tit. & alibi hunc articulum plenē examinaui, ecclesia enim est illa, quæ principaliter recipit ligandi & soluendi po testatem, ut dicit Hieronymus in c. omnibus, & August. in c. quodcumq; & Cyprianus. in c. loquitur. 24. q. 1. quæ repræsenteratur per sacrum Concilium legitime congre gatam, & omnibus Apostolis simul collectis fuit per Christum dictum, Quæcumque ligaueritis super terrā, erunt ligata in celo, & quæcumque solueritis super ter ram, erunt soluta in celo, Matthæi. xvij. c. adduxi ibi multa alia.

De senten. excom. Rub.

1 ¶ X frequentibus.] Appellatione religiosi si quosumcunq; ueniunt religiosi tam mendicantes, quam non mendicantes. clerici autē seculares minime comprehenduntur, uide hic glo. sup. r. uer. religiosi iuncto tex. sed tu idem dic, si non Ponatur illud uniuersale, quicunque. nam appellatione religiosorum simpliciter ueniunt omnes religiosi tam mendicantes, ut est glo. in cle. cupientes, supra de pœnis, in uer. religiosus, ubi dixi. religiosi enim proprie sunt omnes, quia tria substantialia cuiuslibet religionis profitentur, * ut no. super rubrica; de regula glo. in uer. obedientiam & in cle. j. de reli. do. & glo. in uer. tertio clemen. pe. infra eo. tit.

2 ¶ Appellatione matricis eccle siæ, uenit maior ecclesia, & baptisimalis in loco, licet non sit ca thedralis, quæ idē dicitur ma trix: quia sicut mater generat, sic illa baptizando regenerat; ita uide tur hic text. iuncta glo. in uer. matricem. Sed tu aduerte, quia hoc dictum non est simpliciter uerum, dico, quod ubi sit simpliciter mentio de ecclesia matrice, intelligitur in dubio de ecclesia cathedrali; text. est in c. uenerabilis, de uerbo. signifi. sed ubi non potest ratione alicuius

ad iuncti, uel ratione subiectæ materiæ intelligi de ca thedrali, tunc habet locum, quod hic dicitur in glo. ut illa dicatur matrix ecclesiæ, quæ in loco illo est maior & baptisimalis. si autem in illo loco nulla est prin cipalior, ut puta quia in illa uilla, uel castro omnes ecclesiæ sunt æquales, & quælibet baptizat suos paro chianos, uel ecclesia principalis, & baptisimalis est in alia uilla, tunc nulla in illo loco dicitur esse matrix, nec potest habere tunc locum, quod hic dicitur, ut uoluit glo. ista in fin. quam not. ad multa similia; & se cundum prædicta intelligitur. e. ex. transmissa, de præ scriptio. & de transactio. præterea, & c. j. de præscri tio. cum si.

3 ¶ Habet locum ista clemen. ut religiosi incidant in excommunicationem, si non seruant interdictum, quod uident illius loci matricem ecclesiam obseruare, etiam si illa ecclesia matrix subiat illis religiosi quo ad præ sentationem, uel collationem, uel quoddam sit ipforum uicaria: quia text. iste indistincte loquitur, disponens, quod religiosi tenentur seruire interdictum, quod uident matricem ecclesiam illius loci obseruare, ita debet not. hic glo. in uer. matricem; quod not. quia fa cit ad multa.

4 ¶ Appellatione ecclesiæ matricis, seu cathedralis hic non comprehenduntur episcopus, & clerici, seu capitulum: sed capitulum ecclesiæ pro ipsa materiali eccle sia. si enim obseruatur interdictum in ipsa ecclesia, tenentur religiosi illud obseruare: secus, si non obserua tur, uel aliqui seruant, aliqui non: quia uerum esse dice re, quod in ipsa ecclesia non seruat. & no. hoc ultimū, quod non dicitur ecclesia seruire, si aliqui ser uant, aliqui non; & hoc habet locū quo ad pœnam istius clemen. quæ cum sit odiosa, debet ad proprium casum restringi: sed quo ad pœnam irregularitatis incurrende serua antiqua iura, & de his. j. dicitur; hoc uoluit hic glo. super. d. uer. matricem.

5 ¶ Si ecclesia Metropolis seruat interdictum, non tenentur religiosi, qui non sunt de illa diœcesi, ad illius interdicti obseruantiam uigore istius cle. quia iste tex. loquitur de ecclesia cathedrali, uel matrice illius loci. sed certum est, quod ecclesia Metropolitica nō est cathe dralis, uel matrix, nisi respectu suæ diœcesis, non autem respectu suæ prouincie: sed quælibet est cathedralis respectu totius. ciuitas enim cum diœcesi habet suam cathedralem episcopalem, ut in c. illis. lxxx. distin. hoc uoluit hic præalleg. glo. super uer. matricem, quam no.

6 ¶ Argumentum a contrario sensu cessat, ubi illius argu menti contrarium reperitur in iure, not. hic glo. in uer. obseruare, remittens pro materia ad no. in c. publi cati; de elect. uide per Bart. in l. omnes populi. ff. de ius ti. & iu. & per Bal. in l. conuenticula. C. de sacro. sancta ecclesi. & pro dicto glo. alleg. tex. in c. a nobis. ij. de sen. excommu. aliquid de materia in c. cum apostolica, de his, quæ fia. præla.

7 ¶ Contrariorum eadem est disciplina, ubi uerba, & mens nō resistunt: alias secus, uide hic bo. gl. sup. præal. uer. obseruare. decima colligit hic, qd tex. mandat, ut re ligiosi debeant obseruare interdictū, quod cathedralis seu matricē ecclesiam loci uiderint, obseruare, nunquid si uident illam ecclesiam matricem interdictum nō obser uare, debeant in non obseruando se illi conformare? & dicit glo. no. qd non, quia licet regulariter contrarium eadem sit disciplina, de iure iur. intellecto, hoc est uerum, nisi uerba aut mens resistant. non. n. est uerissimi le,

* Nulla. Vide hic per do mi. Car. in S. sane, in ij. q. & quid si talis resignatio sit iurata? dicit ipse in d. s. in ul. q. 1. de iuramētū uice tortū nō obligare iur. tantē nisi adueniale.

le, qd tex. iste uoluerit, qd clericoru matricis ecclesie ex- cellus det religiosus materia delinquendi, de priui. peti- tis, conformabunt ergo se in causa hic expressio. f. in ob- seruando; quia nullu subest peccatu. non aut in non ob- seruando, ne decur materia uiolandi iustum interdictu. Is dicitur aliquid obseruare, qn abstinet ab illo animo obseruandi: secus, si abstinet no illo animo, uide hic glo. in uer. obseruare, in fi. & facit. l. ij. ff. de condi. & demon. Religiosi tenentur obseruare interdictu, quod matrix ecclesia obseruat, etiam si propter appellationem prius interpositam preterdatur nullum, uel ex alia iusta causa. non enim debent ipsi de illius ualiditate disputa re, sed solum ad obseruantiam illius tenentur, ex quo matrix ecclesia obseruat; uide hic text. iuncta glo. in uer. appellationibus.

8 ¶ Quinquaginta casus, quorum. xvj sunt reseruati Pa- pae qbus qd ipso iure excoicationem incurrit expresse, & duos tacite per constones cle. inductos, uide hic enume- ratos per glo. in uer. excoicationis. Host. aut in summa eo. tit. §. iij. in prin. colligit. xxx. tales casus ueteres; uide. xxxij. editos seu indictos per constitutionem. vj. lib. quos enumerat glo. in c. eos qui, eo. tit. lib. vj. Religiosi non seruantes interdictum, quod uident, seu sciunt ma- tricem ecclesiam obseruare, incedunt in penam excoi- cationis ipso facto per istam constitutionem, & quandoque incedunt et in alias penas editas contra non seruantes interdictum, quandoque in illas, & non istam; quandoq; in nullam incedunt, de quo distingue, ut habetur hic in glo. uer. subiacere. Pro consilio habendo uide multas auctoritates hic in glo. super uer. comprobatur, & tex. in c. de quibus. xx. distin.

1 ¶ Raus. J Appellatione nobi- lium, & dominorum tempo- raliu ueniunt etiam episcopi, & alii ecclesiaru prelati, si alias sunt nobiles, & habent dominium tem- porale etiam in materia poenali, uide hic tex. in prin. iuncta gl. no. super uer. temporales. uide ad ide cle. multorum, de penis, in prin. iuncta glo. in uer. dominium. ubi probatur, qd appellatione habentium dominium tempo- rale ueniunt etiam epi, & alii clerici dominium tempo- rale obtinentes, licet materia sit poenalis, quae no. iura locuentia de locis interdicto suppositis, seu sim- pliciter de interdicto locum sibi uendicant in quoli- bet interdicto, siue sit latum ab homine, siue a iure, uide hic tex. post prin. iuncta glo. in uer. suppositis.

2 ¶ An sciens locum suppositum interdicto ab homine, uel a iure denunciatione prius per iudicem non facta illud seruare teneatur, uide hic tex. iuncta glo. in uer. suppositis, quae hoc dubium profequitur, & concludit quod sic. satis enim est locum esse interdictum, licet non sit publicatum; facit. c. cum non ab homine, & quod ibi no. supra eo. c. cum non desideres. i. respon. in fi. qui. n. sciuit, certiorari non debuit, de reg. iur. cum qui, lib. vj. & idem tenet Archi. in c. is qui, eod. titu. lib. vi. quod uerum intelligit, nisi factum esset occultum vj. q. ij. si ta- tum, & praedicta decre. cum non ab homine.

3 ¶ Et de excommunicato an debeat uitari ante de- nunciationem, idem est dicendum, quod supra de in- terdicto dictum est, uide quod dicam infra post glo. in notula, quae incipit, publice excommunicati expedi- ret tamen secundum glo. per constitutionem prouide-

re, clericos non teneri ad obseruantiam interdictorum latorum a iure, nisi prius fiat illorum declaratio; simi- le de haere. cum secundum lib. vj. & facit cle. praesenti, de cens. quae no. multum. & aduerte, quia hoc ulti- mum hodie statutum fuit in concilio basilienfi in xx. sessione in §. ad euitandum scandala, non solum in in- terdicto, sed etiam in excommunicatione, ut non teneat- tur quis alium euitare in diuinis uel ex praetextu exco- municationis, aut suspensionis, aut interdictum obser- uare, nisi sit facta per iudicem declaratio, nisi constite- rit quem in excommunicatione ita, ut nulla possit regi- uersatione cellerari &c. uide ibi plenius. Non licet soluere indictum nec in capellis, nec in ecclesijs in- signibus; grauius tamen est illud soluere in ecclesijs in- signibus, quam in capellis; uide hic tex. iuncta glo. in uer. capellis.

¶ In uocatione ad licita maior deprehenditur contemp- tus cum sit ipsa uocatio per praconem, quam per cam- panam: quia licet uox praconis paucis quandoque inno- tescat, ut in athen. de liti. §. omnes, & hoc respectu forti- or uideatur uocatio per campanam, qd per praconem: attamen quia praeco loquitur, & edictum ponit ex parte mandantis, ideo maior est contemptus ita no. dicit hic glo. in uer. praconia, quam no. praesertim ad id, quod di- cit fortiosem esse uocationem, quae fit per campanam, per praconem, licet maior contemptus deprehendatur in uoce praconia. & per rationem glo. puto, qd in uoca- tione licita magis contemnit in non ueniendo, qui sicut uocatus uoce praconia, quam per campanam: quia pra- co loquitur ex parte mandantis, quod no.

¶ Publice excommunicati, uel interdicti debent de ecclesijs, dum in ipsis missarum celebrantur solemnia, in- stantibus praesertim celebrantibus, exire. si autem sunt occulti, non debemus eos uitare in publico. vj. q. ij. d. ij. & de sen. excoc. cu non ab homine. unde dicit Ray. in sum. huius ti. §. item, qd ille, qui scit occultum excoicatu esse in ecclesia, caute, si poterit, exhibet. si autem id non possit sine scandalo, non debet exire per iura praedicta, ne sit proditor. ij. q. j. si peccauerit; uide hic tex. cum glo. in uer. publice, & ad materiam per Archi. & Ioan. And. in c. episcoporum, de priuileg. lib. vi. & adde hodie illud decretu concilii Basilien. de quo supra feci mentione.

¶ sed diligenter pondera tex. istum in eo, quod ponderat, qd inter missarum solemnia isti excommunicati excludebantur de ecclesia, facit optime pro opi. glo. no. in c. qui studet. j. q. j. ubi debet Bar. Brixien. Tan. dixisse, & sibi saepe respondisse, qd peccator qui libet exco- munitatus potest intrare ecclesiam causa orandi, dum- modo non intersit diuinis officiis, cum prohibitum no. inueniatur, quod singulariter no.

¶ Si publice excommunicatus non uult exire ecclesia tempore diuini officii, debet sacerdos dimittere officiu missae, licet hoc cedat in cleri & populi scandalum, ut cla re innuit iste tex. in uerbo, nonnulli; quod uerum dicit hic glo. super uer. inexplata, nisi iam sacerdos incapit- set canonem missae, de quo remittit ad no. per se. in c. nu per, de sen. excom. & facit. vij. q. ij. illud & c. nihil, & quod no. xj. q. ij. sicut apostoli.

¶ Multiplex est compulsio, uidelicet realis, persona- lis, directa, & indirecta, ut si res alicuius occupatur, co- sanguineis grauant in rebus, uel personis; facit de elect. sciunt euncti, & c. quicunq; lib. v. & omnes isti modi ue- niunt, ubi fit mentio de quolibet compulsione: uide hic glo. in uer. quomodolibet.

Dispositio

¶ Dispositio poenalis disponens super missarum cele- bratione, seu interessentia no extenditur ad alia diuina officia, uide hic tex. iuncta gl. in uer. missarum.

¶ Monitio generalis, ut omnes excoicati, & interdicti exeat de ecclesia tempore celebrationis diuinorum, suf- ficit ad hoc, ut praecipientes, ut exeat, non incurrant ex- communicationem, de qua hic in fi. cuius absolutio re- seruat sedi apostolicae. sed quo ad ipsos interdictos seu excommunicatos, ut in talem excommunicationem inci- dant, requiritur monitio specialis, uidelicet ut nomina- tim fiat a celebrantibus, & hoc innuit tex. qui, dum loquit- tur de ipsis praecipientibus, facit mentionem de monitio- ne simpliciter sed dum postea loquitur de ipsis interdi- ctis, & excommunicatis, ut incidant in excommunicatio- nem, cuius absolutio reseruatur sedi apostolicae, requirit- tur, ut nominatim moneantur; hoc uoluit gl. hic super uer. nominatim.

¶ Ex quo singulariter no. & nescio alibi, quod si inter- dicti, uel excommunicati moneantur nominatim a cele- brantibus, ut exeat ecclesiam, & si non exeat, incidit in nouam excommunicationem auctoritate huius consti- tutionis prolatam & ista absolutio soli sedi apostolicae reseruatur & sic excommunicatus pot iterum excommu- nicari, ut etiam colligit hic gl. fi.

¶ Et no. quod supra de monitione dictum est qd ubi re- quiritur monitio, & non additur, nominatim, sufficit mo- nitio generalis. & quae dicatur nominatim monitio, ui- de per gloss. in uer. nominatim. supra de uita & hone. cle. ca. j. & melius per glo. in c. constitutionem, eo. ti. li. 6. in uer. nominatim, quam no. & per Inn. in c. in Latera- nen. de praeben.

¶ Tres ordines. De his C Vm ex co.] Tres ordines * bea- tus Franciscus instituit. Pri- mus est frateru minoru, qd est artifi- simus, & caret proprio, et in com- muni, & de isto satis habetur in ti. prox. ele. exiui. Secundus fuit sanctae Clarae, qui differt a primo: quia ordo ille etiam feminis artifi- mus, habet tamen proprium in coi Est & tertius p uiuentibus in con- iugio maribus & feminis adiuuentus, & hunc ordinem tertium professi hnt propriu et in singulari, & potius e- mus uiuendi, qua pprie dicat regula, est tñ approbatus p Papam Nicolaum Tertium; ita no. dicit hic gl. in uer. Ter- tio, & est quasi similis glo. in uer. obedientiam, in cle. j. de reli. domi.

¶ Ex qua gl. no. qd qui no profitentur illa tria substan- tialia regulae, de quibus in c. cum id monasterium, no di- cuntur proprie regulares, seu habere regulam, sed po- tius quandam modum uiuendi.

¶ Item no. ex tex. & gl. qd tales possunt appellari fra- tres, & sorores & de tertio ordine, licet proprie no sint regulares, aut religiosi.

¶ Item no. ex isto tex. in uer. continetes, qd isti fratres & sorores de tertio ordine sancti Francisci appellantur continetes, seu de penitentia. dicit tñ hic gl. in uer. conti- nentes, qd non promittet illi continetia, imo uiuunt in iu- gio, tñ fm modu uiuedi eis datu certis diebus qualibet septimana abstinet a toro, sicut & septimana uicis suae abstinent sacerdotes ueteris testamenti 82. dist. pluri- mos, quod no.

¶ Ex quo collige, qd uiuentes in coniugio, quantumcu- que honestissime, non dnt seruare continetiam, licet et

certis diebus abstineat a toro: castitate aut seruare dnt per r. Nicena. 21. di. & uide, qd legitur & no. in l. una. C. si secundo nup. & ad tex. istum dic, qd non dicit, qd seruāt cōtinetiā, sed qd nuncupantur continentes, supple uulga- riter pp continentiam, quā seruant in certis diebus qua- libet septimana, & penitentiam, quam agunt; & ad praedi- cta uide bo. tex. in c. significauit, de conuer. coniu.

¶ Constitutio poenalis puniens delinquentem in eccle- sia sua, non extenditur ad delinquentem in ecclesia alie- na. hoc uoluit gl. hic in uer. suis ecclesijs, quā no. in ma- teria extensionis.

¶ Exempti, qui in cederūt in excommunicationem pp delictum in loco exempto commissum, no possunt ab or- dinario loci sine speciali Papae permissione absolui; ui- de hic gl. ualde no. super uer. auctoritate apostolica, quā semper tenebis meti, & ut prima frōte p istum tex. in fi. probari, aduerte, quia Fred. de Senis in suo consilio. 1. 4. tenet frum per c. luminoso. 1. 3. q. 2. & reg. qd ob gram, de reg. iur. li. 6. & plenius ibi sequitur, cuius dicta sponit & sequitur Io. de Lig. licet non nominet Fre. in cle. ne in agro, de sta. re. Io. An. in reg. scienti, de reg. iur. li. 6. in q. Mercu. tenet primam partē, quam et psequitur do. An. in c. significasti, de fo. cōpe. & ibi ego plene hunc ar. exa- minaui, & cōclufi cum opi. huius gl. quod non p hūc tex- nam huic facile iudicio meo responderi posset, uideli- cet qd ideo Papa hic dicit ordinariu debere in hac ab- solutione fungi auctoritate apostolica: quia hac absolu- tio erat prius per uerba praecedentia Romano Pontifi- ci reseruata; merito etiam si non fuissent exempti, non poterant a loci ordinario propria auctoritate absolui per c. nuper, de sen. excom. simile in c. uno; de cleri. agro lib. 6. & in c. irrefragabili, de offi. ord. sed uera ratio hu- ius opi. uideretur, quia Papa est ordinarius exemptorum, ut no. gl. in c. auctoritate, de priuileg. li. 6. & in c. nulla 94. di. cui quidem priuilegio, no pot exemptus sine Papae li- centia renunciare, ut in c. cum tpe, de arbi. sine consensu autem sui ordinarij non potest clericus iurisdictioni al- terius se subijcere, etiam in foro animae, ut in ca. om- ni. utriusque sexus, de pae. & re. Et praell. c. significasti & uide plenius ibi per me, ubi satis ultra alios hunc arti- culum examinaui.

¶ Sicut Papa participado cum excommu- nicato, ipsum non absoluit, nisi aliter appareat de e- ius mente, ut hic nec aliquem euitando ipsum excom- munitat. unde non incurrit in minorem excommunicatio- nem, si quis coicat, seu participat illi, quem Papa eui- rat, ut c. si inimicus, ubi dicit, qd debemus euitare illu, cui Papa pro suis actibus non coicat, det intelligi, qn euitat & euitare praecipit; ita no. dicit hic gl. j. quam no. & uide quod no. do. in c. cum olim, de priu.

¶ Papa participando cum excommunicato et scienter non ligatur minori excommunicatione, qua alij partici- pantes ligantur, ita dicit hic gl. in uer. participet, & no. in c. nulli, e. ti.

¶ Scribens literas excommunicato scienter, incidit in excommunicationem minorem, quia p hoc ut scilicet ptici- pare, ut innuit hic tex. in uer. participet & clarius hoc te- net hic gl. in uer. literas ide & clarius tenet gl. 3. in c. co- stitutione, eo. ti. li. 6. dicens. idem in mittendo nuncium, quia ipse uidetur loqui nuncium mittendo, uel literis: al- le. l. licet. ff. de consti. pecu.

¶ Papa potest aliquem ab excommunicatione absol- uere per quemcunque actum, dummodo hoc, f. absolue- re, intendat, secus in inferioribus, non. n. dnt ipsi absol- uere

inuncta glo. & per glo. in c. super his, de accusa. sed committitur iudicis uoluntati, seu potestati; quo casu non potest appellari: quia iudex utitur potestate sibi a iure inducta, ar. c. consului, de off. deleg. & in c. qui peccat. 23. q. 4. & in l. sepe. ff. de off. praesi. nam et si appellare non potest in his, quae iudicis conscientiae committuntur, ut no. in c. statutum. §. affessorum, de rescrip. lib. vi. fortius in his, quae iudicis potestati subijciuntur.

25 ¶ An autem arbiter possit procedere tempore feriato ob necessitates hominum, uide in Spe. ti. de feriis, in fi. in uer. sed nunquid, & per glo. hic in uer. ualeat, in fi.

26 ¶ Iudex debet laborare in omnibus causis, & praesertim in summarijs, ut litem, quanto poterit, breuiorem faciat, exceptiones, appellaciones, & dilaciones frustratorias repellendo, partium, & procuratorum contentiones, & iurgia, testiumque superfluum multitudinem refrenando. unde text. hic non ponit in hoc aliquod speciale in istis causis, sed maxime debet hoc agere in istis, uide hic tex. iuncta glo. in uer. amputet. Et haec supra scripta uidentur tolli per uerbum, sine strepitu. nam talia per clamorem, & tumultum solent iudicii examen obstruere, & perturbare, ut dicit hic glos. in uer. exceptiones, quam no.

27 ¶ Exceptiones autem legitime per hanc constitutionem non tolluntur, nec etiam appellaciones, ut hic in glo. su per uerbo, dilatorias.

28 ¶ In causis summarijs magis, q̄ in alijs debet iudex restringere & refrenare testium multitudinem, & hoc uoluit ista constitutio; uide hic glo. in uer. Multitudinē.

29 ¶ Per dationem arbitrij alicui iudici, seu praesidenti data non intelligitur data potestas condemnandi pro libito, seu tollendi partis iustitiam, uel legitimam defensionem, sed solum illa potestas refertur ad ea, quae solennitatem iudicij respiciunt. nam si iustitia partis & legitima defensio non potest etiam per ipsum principem tolli, ut in cle. pastoralis, de re iu. & no. per Bar. in l. filijs fami. ff. de dona. multo fortius hoc non uenit in generali potestate alicui datae ad hoc quod legitur, & no. in l. si quando. C. de inoffi. test. & in d. l. filius, facit regula, in generali, de reg. iur. libro. vi. uide de hoc glo. in uer. de defensionibus, quam not. & tenebis menti.

30 ¶ Ex qua etiam not. q̄ eorum, quae in iudicio aguntur, quaedam sunt acta causa seu litis. quaedam acta iudicij, ea enim, quae respiciunt ipsum factum, ut confessiones, & attestaciones, & similia, dicuntur proprie acta causa. ea autem, quae respiciunt figuram & solennitates iudicij, ut citationes, & satisfaciones, & similia, dicuntur acta iudicij, de quo per Inno. & alios in c. causam, de testi. citatio tamen non intelligitur remissa: quia sapit defensionem. sit enim, ut quis ualeat se defendere; ad hoc. d. Cle. pastoralis, & per Bar. in d. l. si quando, & hic in uer. citationem.

31 ¶ In istis causis summarijs sufficit unica citatio, t̄a in prin. q̄ in fi. ad sententiam ferendam; alias autem requiritur in prin. tria citatio, uel unica peremptoria, & idem ad sententiam audiendam, uide hic tex. in uer. citationem, iuncta glo. super eodem uerbo, & j. in uer. sententiam, iuncta glo. in uer. peremptorie, & eas no. cum iuribus in eis allegatis, & uide quod plene dixi in c. j. in no mine, de testi.

32 ¶ Si iuramentum calumniae tacite obmittitur etiam in causis summarijs, non uiciatur iudicium, ar. in c. j. de iura. cal. li. vi. uide hic glo. in uer. nonis excludi.

33 ¶ Petitionem fieri apud acta describi triplicem fauore

continet. s. iudicis, ut suam sententiam petitioni conformare ualeat. Item actoris, ne frustra fatigetur, & ut uideat super quae positiones & articulos formet, & ut sibi ex alia causa agenti non obster exceptio rei iudicatae. Item expedit reo, ut deliberare possit, an uelit cedere, uel contendere, suasque defensiones, formare, & ut ex ineptitudine absoluat ab instatia, & absolutus in principali non possit iterum conueniri; ita no. dicit hic glo. in uer. Pronunciatio, per hunc tex. & alia iura in allegata. refert tamen quosdam dicere, q̄ oblatio libelli solum continet fauorem rei: quod tamen glo. non fatetur, nisi uelis intelligere de illa oblatione, q̄ fit expensis actoris.

34 ¶ Ex qua singulariter not. q̄ cum libellus reo offeratur, debet expensis actoris edi; & pro hoc facit, quia iura mandant libellum reo debere offerri, ut auct. offeratur. 3. q. 3. & oblatio fit etiam non petenti, ut s. dictum fuit in notula, an libellus. in hoc tamen standum est curiae consuetudini, de quo uide, quod dixi in c. j. de libel. obla.

35 ¶ An reus conuentus in causa summaria possit actorem reconuenire super causa, quae sui natura est plenaria? Solutio. illud certum est, q̄ etiam in summarijs causis locum habet reconuentio, ut probatur hic in §. uerum, in uer. petere uoluerit, & in l. sed & haec. §. non solum. ff. de procura. secundum nam lecturam, sed dubium est, nunquid habeat locum reconuentio in causa dissimilis naturae, ut quia conuentio est summaria, & reconuentio desiderat plenam cognitionem, quo casu glo. hic no. in uer. Uoluerit, ponit tres opiniones.

36 ¶ Prima est, q̄ no; & ideo gl. ista in prin. restringit text. ad reconuentionem talis causae, quae exigit summariam cognitionem: quia cum istae causae conuentionis, & reconuentionis debeant simul tractari, & una sententia terminari, ut in c. ij. de ordi. cog. non possent istae duae disparis naturae simul sine alterius praediuicio tractari; & hac opi. tenuerunt. Inno. & Host. in c. j. de mutu. pe. & facit in simili. l. fi. C. de post. & l. fi. C. de compen. cum si. Secunda opi. est huic contraria per distam. l. sed & haec. §. no solum, secundum alium intellectum, ubi procurator conueniens in causa damni infecti, quae exigit celeritatem, potest in alia causa reconueniri, & de hoc ibi in glo. p̄ hac opi. & contra primam uidetur tex. in c. fi. de mu. peti. ubi dicitur, q̄ si causa committitur appellatione remota, q̄ causa reconuentionis debet expediri, etiam appellatione remota; & sic uidetur, q̄ causa reconuentionis, & per consequens cessabit ratio Inno. & Hosti. sed dicit glo. q̄ uolens tenere primam opi. posset dicere, q̄ aliud est per rescriptum id tolli, quod respicit fauorem partium, ut appellare; & tunc sicut illud non licet reo in conuentione, ita nec licebit actori in reconuentione, ut in d. c. ij. aliud est tolli substantialia iudicij per rescriptum; & tunc restringitur ad casum conuentionis expressum; facit regula, quae a iure communi, de regu. iur. lib. vi.

37 Tertia opinio principalis est, q̄ aut ordinarius, uel de legatus cognoscit de causa, in qua de sui natura summarie proceditur; & tunc sit locus primae opin. Innocen. & sequacium, ut qualitas causae reconuentionem impediatur, ut no. in d. ca. j. aut delegatus uirtute commissionis in causa, in qua alias plena cognitio requirebatur, summarie cognoscit: & tunc subdistinguitur, aut Papa proprio motu tollit substantialia; & tunc idem quod supra aut ad petitionem impetrantis, & tunc ar. praedictae de cre. 2. & l. fi. C. de fruc. & li. expen. uideatur esse remissa plena

plena cognitio etiam in reconuentione, & sic cessabit illud obstaculum. Inno. de quo. s. & haec est opi. gl. hic, p̄ qua inducit hanc literam, quae generaliter loquens dicit, si quid petere uoluerit &c. & ab subdistinctionem inducit. c. si motu proprio, de praeben. lib. 6. quod est bene no. & uide latissime de materia per me in d. c. j.

18 ¶ Vsq; ad quem actum possit fieri per ipsum reum reconuentio, * uide hic per gl. in uer. exordio, quae no. arguit per istum tex. §. opi. Inno. & sequacium in c. j. de mu. peti. qui habet, q̄ usq; ad conclusionem possit fieri reconuentio, & concludit per istum tex. in uer. in ipso litis exordio, &c. approban do aliam opi. quae habet, q̄ ante litē contestatā, uel statim post eā sit faciēda. Dicit tñ, q̄ licet reus quib; conuenire possit actorem, duran

* Reconuentio. Quando in quibus casibus possit fieri reconuentio, uide plenissime per do. Anto. in c. de mutu. pe. & per Bar. in aut. & consequenter de senten. & in et l. j. C. de iudi.

te iudicio; non tñ illa conuentione uim reconuentionis habebit, ut. l. simul cum conuentione actoris tractetur & terminetur, ut de or. co. c. si in finis fiat in litis exordio, ut hic, quod est bene no. & uide ad materiam, quod plene dixi in d. c. j. de mu. peti.

19 ¶ Quia hic dicitur petitionem uerbo, aut scriptis fieri, esse, in actis tñ continuo inferendam &c. quae ro, an sit hoc in optione actoris. gl. hic in uer. siue uerbo, dicit q̄ sic. eligat ergo ipse, an in scriptis, an uerbo petitionem porrigat. & si uerbo, & tunc ex suo ore scribetur per notarium apud acta.

20 ¶ Cauti aduocati & procuratores actoris faciunt triplicari libellum, unum dant notario, qui scribit acta, alium reo, tertium sibi retinent ad finem ut melius & rectius positiones & articulos forment, uide glossa in uer. formari.

21 ¶ Licet pars neget contenta in libello, seu petitione, & positiones non fiant, nisi super contentis in libello, utile tñ est formare positiones, quae forte aduersa pars profitebitur aliquod in specie quod subiicitur necessitati probandi, uide gl. super uer. confessiones.

22 ¶ Vltus positioinum hic approbatus incepit a tempore Gregorij I x. nā prius de positionibus nihil habuimus expressum, sed per ipsum Gregorium habemus. §. de eludum. ij. de lit. cont. c. uno, uide gl. hic, & tene eam menti super uerbo, longaeuus.

23 ¶ Positiones possunt fieri tam in causis summarijs, q̄ plenarijs, & fortius in plenarijs, uide hic gl. in uer. obseruari, & facit. c. j. & ij. de confessis, lib. 6. & uide qd̄ in eis no. per gl. ubi plene de materia istarum positioinum.

24 ¶ Iudex, qui procedit sine figura &c. potest et inuita altera parte assignare terminum ad ponendum simul & articulandum: sed utraq; parte inuita non potest ad istos duos actus simul terminum praefigere et in summaria cā, ut hic, fortius ergo nec in plenaria, uide hic gl. in uer. de partiu. Concludendo ergo istam gl. cum seq. dic. q̄ utraq; parte nolente hunc terminum ad istos duos actus simul dari, non est differentia inter plenarias & summarias causas: idem utraq; parte uolente: quinimo solus ponens potest & solet quandoq; simul ista duo coniungere, s. articulos, & positiones, dicendo ponit, si negetur, probare intendit, &c. inuito autem uolente positiones facere est differentia. nam in summarijs potest iudex simul terminum statuere, ut hic in uer. ut quia: secus autem in plenarijs, ut a contrario.

25 ¶ In causis, in quibus sine figura proceditur, potest

unus & idē terminus dari actori, & reo ad probandum, seu producendum omnia munimenta cā, i. oia, quibus cā munitur, ut est tex. hic in uer. & quia, iuncta gl. in uer. munimenta. in alijs aut causis dicitur fatuum esse, q̄ reus probet defensiones suas, nisi prius intentio actoris sit fundata, ut no. in c. de testi. ubi de hoc dicit tñ Spe. in ti. de instr. edi. §. nunc dicamus, saepe obtinuisse, q̄ post lit. cot. & post iur. de calūnia iudex statuere possit partibus terminum peremptorium ad exhibendum omnia, quibus in causa sunt usurae, alleg. ff. de eden. l. j. §. edenda, & qd̄ ibi no. dicit tñ, q̄ quibusdā uer. hoc durum, cum id liceat in alijs causis usq; ad conclusionem in cā, ut in c. cum dilectus, de fid. instr. & dicunt, q̄ licet iudex id possit: no tñ debet. ff. de iudi. non quicquid. i. i. q. i. aliud; & ita trā sit hic gl. praell. quam no.

26 ¶ Non potest et in causis summarijs dari eidem terminus ad ponendum, articulandum, & probandum, sed per se debet dari ad ponendum & articulandum, & per se ad probandum, ut aperte probat tex. hic in uer. & quia: quinimo nec debet dari ad praedicta eodē tpe terminus duplex, ut sic dicat iudex, do tibi terminum 10. dierum ad ponendum, & articulandum, & est tñ do tibi alios. x. uel mensem ad probandum oia munimenta: quae no est congrua parti statui terminum ad probandum prius, q̄ sciat, in quibus releuet p̄ confessionem partis, & quos articulos probare teneatur, nec q̄ simul dentur duo termini ad diuersa, quae successiue ueniunt explicanda: sed post dationem articulo rum debet praefigi terminus ad probandum, ita no. uoluit hic gl. in uer. post dationem, qd̄ ego intelligo habita etiam prius confessione aduersae partis super positionibus: quae alias non posset iudex recte moderare terminum ad probandum ante, q̄ sciat, qui articuli ueniunt probandi. nam licet simul p̄duxerit articulos & positiones, possibile tamen est, q̄ per rationem ad positiones pars releuabitur in magna parte a probone articulo rum: aliqui tñ tenent, q̄ ad utrumq; actum possit iudex simul duos terminos dare, p̄ quo facit iste tex. fm unam punctuati nem: sed primus intellectus seu opi. magis placet huic gl. & sequior & iustior, & ideo tenenda.

27 ¶ Pendente termino seu data remissione pro testibus producendis probatorijs, uel reproborijs licet producere infra, tex. est hic, iuncta gl. in uer. pro testibus. Ex qua etiam not. q̄ etiam in cā summaria datur remissio pro testibus producendis tam probatorijs, q̄ reproborijs, ut hic & in c. praesentium, de testibus, lib. 6. ubi probatur idem in causa spoliacionis.

28 ¶ An autem dato termino ad producendum instrumenta, liceat semper producere testes, gl. sequens remittit ad no. c. peruenit, de test. cog.

29 ¶ An post terminum datum & elapsum ad producendum instrumenta audiatur uolens illa producere, tex. hic in uer. eo saluo, inuit q̄ non. nam dato termino & elapso ad producendum omnia munimenta, non licet producere instrumenta, nisi pendente remissione pro testibus producendis; gl. tñ hic in uer. non obstante quam no. ponit super quanto tres opi. Prima, q̄ ulterius no audiat, ar. in l. diffamari. C. de inge & ma. & l. mancipiorum, ff. de opti. leg. Secunda opin. est huic contraria, uidelicet q̄ usque ad conclusionem in cā, termini lapsu non obstante, licet in secundo producere, ut in c. cum dilectus, de fide instr. Tertia opi. distinguens aequa est, an per lapsum termini ius aduersarij sit lesum, ut quia perierunt probaciones per quas potuisset infra illa in termino reprobare, si tunc producta fuissent & non audirentur aut ius Abb. Panor. Clement. Pp ij aduer-

aduersarij non est laesum, & tunc auditur, ex quo res est integra; arg. d. l. mancipiorum, & in c. si tibi absent, de praeb. lib. 6. & no. hanc tertiam opinionem, q. in istis causis summarijs dato termino ad producendum oia munita causa eo lapsa, non poterunt produci infra per tex. hic in uer. eo lapsa, in quo solum excipitur unus casus, uidelicet pendente termino, seu remissione super testibus producendis, ubi ergo non fit remissio pro testibus producendis terminis datus & elapsus obstat, ne ulterius infra produci possint, ut innuit et hic ista glo. in prin. nam exceptio firmat regulam in casu non excepto, ut in c. dominus. 3. 2. q. 7.

30 ¶ Iudex potest tam in summarijs, q. plenarijs ex officio ad instantiam partium ipsas partes interrogare, ubi q. aequitas suadebit p. istu. tex. & in c. iudicatu. 30. q. 5. & l. ubi que. ff. de inter. acti. in summarijs tamen uidetur speciale, ut et post conclusionem in causa possit etiam ad partis instantiam interrogationes facere aequitate sua dente, uide hic tex. iuncta gl. in uer. interrogabit.

31 ¶ Non arctat citatio in genere facta ad sententiae ualiditatem: sed oportet exprimi, q. ueniat ad sententiam audiendam, & hoc fortius etiam in plenarijs, uide hic tex. in uer. sententiam, iuncta glo. in uer. ad id.

32 ¶ In causis summarijs sufficit unica citatio, etiam non peremptoria, ad sententiam audiendam.

33 ¶ In alijs autem causis requiritur, q. praecedant tres citationes, aut unica peremptoria. pro primo uide tex. hic in uer. sententiam. pro secundo est gl. hic in uer. non peremptorie, quam no. alle. no. in c. illicita. 2. q. 3. de off. si. dele. consultit, & in c. ad petitionem, de accu.

34 ¶ Sententia est in scriptis ferenda, & per ipsum iudicem, licet ea sit summaria, ita, q. in istis duobus conueniunt causae summariae cu plenarijs, uide hic tex. in uer. sententiam, iuncta gl. in scriptis; & rationem decidendi uide hic gl. in summarijs, tñ potest iudex sniam ferre stando, uel sedendo, prout magis sibi placuerit, ut hic: secus in alijs, ut in c. si. & qd. ibi no. de re iudi. li. 6. & uidetur illa solenitas de sedendo tolli per illud uerbum, de plano, ut no. in d. glo.

35 ¶ In causis summarijs non est necessaria conclusio * unde potest iudex ferre sententiam, conclusionem non facta tex. no. est hic, per que arguit hic glo. in uer. conclusionem, q. in alijs causis, in quibus requiritur iudiciorum figura, necessaria sit; conclusio, & sic non ualebit sententia conclusionem prius non facta, de qua

conclusionem hf. de procu. auditis, de causa pos. & proprie pastoralis eam si. alle. in glo. refert tamen eadem glo. q. in quibusdam locis in foro seculari conclusio non solet fieri, in ecclesiasticis autem fit aut per ipsas partes, aut ipsarum altera inuita, ex quo sufficientes dilationes datae essent & elapsa pronunciet iudex conclusum in ea, quod no. Ex qua habes duplicem modum concludendi in ea, aut. s. per ipsas partes, aut p. iudicem et partibus in uitis aut earu. altera. Et satis placet p. istam literam ar-

guendo per locu. a spali q. cessante consuetudine contraria sit nulla sententia lata, & in c. si tibi absent, de praeb. lib. 6. & no. hanc tertiam opinionem, q. in istis causis summarijs dato termino ad producendum oia munita causa eo lapsa, non poterunt produci infra per tex. hic in uer. eo lapsa, in quo solum excipitur unus casus, uidelicet pendente termino, seu remissione super testibus producendis, ubi ergo non fit remissio pro testibus producendis terminis datus & elapsus obstat, ne ulterius infra produci possint, ut innuit et hic ista glo. in prin. nam exceptio firmat regulam in casu non excepto, ut in c. dominus. 3. 2. q. 7.

36 ¶ Si in causis, in quibus mandantur procedi simpliciter & de plano &c. seruat ordo iudiciarius in toto, uel in parte, partibus contradicentibus. non tenet processus tex. est hic a contrario sensu, & sentit hic glo. in uer. non contradicentibus, secus dicit glo. si partes expresse non contradicerent sufficit enim tacitus consensus non reclamantis.

37 ¶ Ex quo no. casum, in quo tacens habetur pro no. contradicente, sed consentiente.

38 ¶ Quid autem si altera pars tñ diceret? Tu uide hic glo. in uer. partibus, quam no. & licet ponat opi. contrarias, vñ tamen sentire, q. idem sit, s. ut processus non ualeat, ut litera ista intelligatur cum subaudito, uel earu. altera &c. & hoc probat litera, si resoluatur non contradicentibus in consensu, ut si dixisset consentientibus partibus, habet hoc certè aequitatem, & fortè litera locuta est in gñe habens respectu ad pluralitatem iudicioru. iuxta no. in c. ut priuilegia, de priuilegia. debet. n. iudex serua re forma sibi tractata, & illa no. transgredi, nisi ambae partes, de quaru. fauore agit consentiant. non. n. vñ sufficere alterius consentus ad formam per superiorem datam transgrediendam, ad quod legitur & no. in c. prudentiam, & c. si. de off. dele. & no. hanc rationem.

39 ¶ Si de consensu partium iudex cepit in causa summaria seruare ordinem iudicariu. n. quid teneatur partibus postea dicitibus illum non seruare, & procedere prout hic dicitur gl. in uer. partibus, quae arguit pro & s. & tandè distinguit, q. aut partes expresse consenserunt ut iudex procederet iuris ordine seruato, & iudice illo inuito amplius poenitere no. possunt: q. una uia electa p. r. uel exclusa, an in c. ut qs. duas, de elec. lib. 6. aut expresse non consenserunt, sed non dixerunt; & tunc, licet no. dixerint, quo ad certos actus, possunt tñ i alijs d. dicere: q. actus iudicioru. sunt p. se separati & distincti uñ licet sibi p. iudicauerint quo ad aliquos actus, non tñ quo ad reliquos idem facere tenentur, & pro hoc iste tex. in si. ibi in toto, uel in parte.

40 ¶ Et hoc not. quia facit ad multa similia, ut si in vno actu quis comparuit ad locum non tutum, non sequitur, quin in alijs possit locu. determinare, & idè in similibus; & uide quod no. in c. dilectus, de rescrip.

41 ¶ Quaquam in causis summarijs ualeat iudicium seruato de partium consensu ordine iudiciario, ut hic in fine: secus tamen, si in plenarijs non seruatur ordo iuris etiam de partium consensu, licet expressio. & est diuersitatis ratio: quia in primo casu res redit ad naturam suam: quia omnis causa est plenaria, ut no. in l. iudices, C. de iudi. sed in secundo casu fit contra ius, cui partes renunciare non possunt, cum ordo iudiciarius sit statutus in fauorem publicum; quod tamen intellige iuxta not. per glo. not. in c. fin. de re iud. lib. 6. in uer. si. conuenit, & per hoc no. in c. de causis, de off. deleg. & uide de praedictis glo. hic fin. quam tene menti.

F I N I S.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE CONTINENTVR IN QVAESTIONE VII.

IN CAP. PER TVAS DE ARBITR.

Necnon in Clementinis celeberrimi Iuriconsulti, Abbatis Panormi, editus per Augustinum Ferentillum. I. V. D.

De litera A.

AB BATES an possint prescribere potestatem uniendo ecclesias, seu beneficia sibi subiecta, seu spectantia ad collationem suam. Clem. Ne in agro. de statu monachorum. numero 37. folio 275.

Abbatibus non possunt propria auctoritate unire ecclesias, etiam pleno iure sibi subiectas. eadem cle. Ne in agro de statu monachorum nu. 36. eodem.

Astor potest iudicem recusare, & petere, ut causam alteri committat, & sic recusat iudicem ad eundem non aditum. quae st. 7. nu. 43. 240.

Astor suam intentionem plene probans debet obtinere, licet reus per exceptionem, & ipsius probationem reddat illam dubiam. Cle. literas nu. 2. 253.

Ad cedendum beneficio, etiam si sit pontificalis dignitas, potest constitui unus procurator, uel plures. cle. cum insulto. de renunciat. nu. 2. 255.

Ad expressam omologationem laudi necessario non requiritur de iure canonico partium subscriptio, licet secus sit de iure ciuili. capitu. per tuas de arbitris numero. 36. 246.

Ad officium Camerarij Papae pertinet temporalia pauperibus erogare. cle. j. de elect. nu. 11. 254.

Ad opponendum crimina uel defectus contra eligentes, uel opponentes, uel ad opponendum contra formam electionis non requiritur speciale mandatum, licet secus opponenda contra personam electi. cle. non potest de procurator nu. 2. 259.

Agi potest praecise ad rem omologatam, omologatione cessante, si stipulatio praecesserit de ea danda cap. per tuas de arbit. nu. 38. 247.

An ex consuetudine possit deberi pro munere iudicandi quota lis. cle. quod circa. de elect. nu. 1. 255.

An promotus ad subdiaconatum ante aetatem legitimam, habere debeat uocem in cap. cle. Generalem de aetat. & qualitat. nu. 3. 257.

An per desuetudinem, siue contrariam consuetudinem possit derogari dispositioni. Clementinae. Generalem de aetate & qualitat. ut ante aetatem ibi praefixam ordinari quis possit. ead. cle. Generalem nu. 3. eodem.

An prohibitus eligi possit postulari. clem. j. de elect. numero. 4. 254.

An inhabilis ad procuratoris officium exercendum reputari debeat inhabilis etiam ad substituendum cle. Religiosus de procurat. nu. 9. 260.

An non soluente decimam beneficiorum, prout tenentur possint constringi per secularem potestatem cle. si beneficiorum de decimis nu. 18. 274.

An & quando assumptio habitus inducat professionem tantum cle. eos qui de reg. & trans. ad re. nu. 1. eodem.

An ad professionem faciendam tacite uel expresse requiratur pubertas, ita quod masculus debeat esse 14. annorum, foemina uero 12. cle. eos qui. de reg. & trans. ad re. nu. 8. eodem.

An agens possessorio recuperanda in causa beneficii teneatur probare titulum, seu iustificare possessionem ex titulo. clemen. causa. de causa possess. & prop. numero 4. 263.

Appellans, ubicunque negat iudicem immediatam habere iurisdictionem, non uidetur posse ad illum appellare. q. 7. nu. 42. 239.

Appellans ante sententiam, si appellat iterum a sententia, non per hoc renunciat appellatori prius interpositae. cle. si ante de dolo & contu. nu. 1. 263.

